intellexit, *item* adverbium non Ciceronis, sed poetae esse, qui institutam novi monstri descriptionem et cum piscibus illis comparationem absolvat, necessarium fuit id ipsum inferri, quod his cum illo commune haberi posset. Quo profecto neque cantus nautarum, qui cum Silvani melo confertur, nec inanis motus commemoratio quadrabat: mutum vero dici minime par erat, cuius sonitus audiretur. Neque quidquam conlato v. 551 demonstratur, ubi antrum per se mutum resonando voces referre narratur: qualis enim nostri monstri natura sit ignorat pastor. Similitudo inter navem et delphinum ea videtur notari, quod rostro et hic et illa frementem fluctum persulcans et quasi insultans undis alacriter promoveri cernitur. Itaque *alto*, mari scil., *mulcta* scripsi, h. e. fluctibus, dum procedit, leniter tacta atque inpulsa, plane ut Ennius ann. 257 'mulserat' inquit 'huc navem compulsam fluctibus pontus.' Dativum *melo* cum *consimilem* voce coniunctum sublimiori poeseos generi cum Ritschelio opusc. II 581 tribuemus.

V. 422. Probans Buechelerus quae conieci tituli in CIL I n. 1010 versum conferri iussit

uiue ín dies et hóras, nam proprium ést nihil.

Vocabuli *proprium* notionem praeter v. 159 inlustrare possis etiam Plauti Trin. 1130 et merc. 338, Afranii v. 358, aliis exemplis.

V. 433 Useneri emendatio *credin* paulo etiam probabilior fit Leidensis 116 scriptura *crediti.*

V. 435 *inter* Leid. 116 quoque habet.

V. 436. Quamvis litteris codicum commendari videatur Buecheleri coniectura, tamen *ensis* non ei, in quem impetus fieret, dandus erat, sed ei, qui advorsum occuparet. Probarem igitur si legeretur '*óbuiumque ensi* aduorsum aptus', sed haec longius etiam quam nostra recedunt a memoria.

V. 439 *aderit tempus* in vaticinio dictum ut in Bacchidum Plauti v. 417 'iam aderit tempus, quom sese etiam ipse oderit', quibuscum cf. ex hecyra Terentii v. 543 'at pol iam aderit, se quoque etiam quom oderit'; item apud Vergilium ecl. IV 48 'aderit iam tempus', et apud Ovidium in metam.

Digitized by Google

III 519 'namque dies aderit, quam non procul auguror esse' e. q. s. et I 256 'esse quoque in fatis reminiscitur, adfore tempus Quo' e. q. s. Quamquam Statius Theb. VIII 206 scripsit 'iamque *erit* ille dies, quo' e. q. s. et Cicero pro Mil. 26, 69 'erit, erit illud profecto tempus et illucescet aliquando ille dies, cum' e. q. s. In lemmate Leid. 116 ipsum *torrus* praebet, quod hic quoque ut in v. 452 scripsisse Accium suspicatus sum.

V. 443. 461 sq. Speciosae Buecheleri coniecturae, qua *frĭgĕre* verbum ad merum Nonii errorem revocatur, vix me continui quin subscriberem. Ac certe in Varronis satura p. 181 R. *erigi animos* rectissime pro illo *frigi* emendatum esse plane persuasum est. Afranii verba v. 247 'neptis porro de lectó frigit', quae sana esse ipse concedit, quo sensu intellegenda sint, utrum sussilire de lecto, ut Nonius interpretatur, an, ut Buechelerus vult, in lecto sedens vel cubans friguttire dicatur puella, dubito: nam proxime praecedit quod Nonio faveat 'occurrit nepos pausillus.' Redit ergo omnis de illo verbo quaestio ad duos Accii versus, quorum alterum 461 sq. corruptissimum ipse aliis corrigendum reliquit. At hic defendi videtur *frigit* ante *fricantem* duplici adlitterationis et adnominationis lusu. In altero autem 443 quominus *erigit*, quod per se valde placet, confidentius probem impedior Graecarum locutionum φρίσσειν τρίχας χαίτην ἔθειραν νῶτον λοφιήν similitudine quadam, quae ab audaciore poeta transferri fortasse in latinos versus posset, ita ut *frigere* illud tam intransitiva quam transitiva vi modo horrere vel excitari, modo excitare horrore vel horrentem facere significaret, ab illo autem frigendi verbo, quod a frigore ductum est, et primae syllabae prosodia et flexionis diversitate discerneretur (cf. lĭquere lĭquare līqui). Ac vel *friguttire* in Casinae v. 164 non ad vocem tantum, sed etiam ad corporis gestum quendam pertinere videtur:

CL. tú ecastor tibi, hómo, malam rem quaéris : subolet, séntio.
ST. égone? CL. tu : nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?

Digitized by Google

Subito pavore percussus, sed indignationem simulans erigere caput cum altiore voce Stalino putandus est.

V. 472. Raro apud Festum tam mutilam sententiam, quae non facile per se expleatur, reperiri verum est, sed tamen non desunt omnino exempla : cf. Pacuvii v. 344 Ennii 97 287 Livii 34. Ergo quin *uerbena* recte inventum sit non dubitaverim, nisi cui forte probabiliora ex Ursiniani apographi apicibus eruere contigerit quam quae a Buechelero prolata sunt *medicari* vel *curare taeniis*, quibus non melius *uelare* vel *ligare*. Atque ipsa sententia cothurno Accii parum digna foret.

V. 473. Scripturis librorum *optolempota* (vel *optolemptata*) *ut dixi* quid indicetur ne Buechelerus quidem videtur adsecutus esse, cuius commentum *tempta ut dixi* nescio quid frigidi habet. Mihi placeret, si qui Neoptolemo patris arma tradidit sic fere eum adlocutus esset:

[praemia áccipe]
párta Ulixi : máete his armis, máete uirtuteí patris

vel adeo

[praémia]
pórta Ulixi : macte *c. q. s.*

V. 475. Cf. Plauti Casin. 384 'satin ástu? ‖ docte.'

V. 482 in Leid. 116 lègitur : *nicta egressi adassis ad id cladit*

V. 495 in extremo et quod Buechelerus expectabat *diuidas* vel *diffidas* et flagitatum a Kiesslingio ferri epitheton, quo vomeris forma describatur, inane et alienum ab huius loci consilio ornamentum adferret. Spectant cetera omnia ad matutini temporis significationem, quae augetur, si *fumidas* nebula et umore terras legimus : nam fumant mane vomere proscissae glebae. Accedit adlitterationis et in corrigendo lenitatis virtus.

V. 526 *rara* litora intellego nuda et scrupea : nam contrarium est 'densum' molli harena litus Ovidii metam. II 576. Nisi forte raris tectis habitata, infrequentia et deserta (cf. fr. XIII) praefers, ut 'rariore acie' in Taciti hist. III 25 legitur, quamquam quod plane satis faciat exemplum non novi.

Digitized by Google

V. 555 sq. Elumbes atque ingrati mihi videntur trochaei, quales servandos esse Buechelerus suasit

. . . . . quod te obsecró, ne haec aspernábilem
taétritudo mea me inculta fáxit

caesura parum commode post quintam arsin posita. Idem vitupero in septenarii 601 forma hac quamvis propter incisionem post tertium pedem facta paulo leniore:

quaé ego cuncta flúxa esse in *meá* re crepera comperi.

V. 560. Verissimum sane est quod monuit Buechelerus testari libros nil praeter haec

. . Frygiam mítiorem esse ípsam immani Graécia.

Sed iusto verborum ordine non sequi, sed praecedere debebat *ipsam*, quo in alienum locum translato genuinum vocabulum hinc expulsum esse statuo. Quod autem ille addituras erat *immitem*, hic ut fieret versus

Frýgiam immitem mítiorem esse ípsam i. G.

praeter perversam collocationem etiam plane abundat pronomen.

V. 578 si recte emendatus est, duplices ablativi hac structura interpretandi sunt: se sterilem esse venenis illius opera et medicina paratis. Alioqui *eius* praemittendum erit, sive ut olim volui sive insertum sic : *se eius uenenis*.

V. 579 sq. Quamvis pulchre a Buechelero *adgnatio* inventum sit, tamen et obiecti nomen et in altero membro pronomen interrogativum aegre desidero. Quo adducor, ut haec ipsa propter vicinorum vocabulorum similitudinem excidisse suspicer et ad lacunae supplementum adhibita Kiesslingii coniectura scribendum esse putem

quaenam adgnátio
quaéue Graios tíbi congenerat géntum aut generum adfínitas?

Interrogatur scilicet Phineus vel Phinidarum alteruter.

V. 601 ad v. 555 sq. tetigi.

V. 620 quod scripsi *nec quiit*, eadem illa fortiter negandi notione *nec* intellegendum esse censeo, qua et per se positum et cum aliis vocibus coniunctum esse in symbolis meis p. 24 sq. demonstravi.

V. 644. Quoniam utramque sororem, Procnen et Philomelam uxores duxerat Tereus, filio ex illa Ityi acute pater idem

Digitized by Google

et avunculus dici potuit: nam matris sorori qui maritus fuerat avunculum Seneca quoque appellat in cons. ad Helv. 19, 4. Videtur autem ipse Itys liberator ille et tyrannicida fuisse, quem cum Bruto componit Cicero. Vtque ablativorum structura planius appareat, fortasse *nepos* addendus est hunc in modum

: . . . : . nouus nepós nouod auúnculo

V. 663 *inpellit* scriptura ex forma *inpellei* potest orta esse.

V. 668. Minime certam esse iudico trisyllabam, quae L. Muellero placuit, nominis *Peleus* formam apud scaenicum poetam, qui *Atreus Perseu* similia binis syllabis proferre consueverit. Et potest praeter trochaicum octonarium, quem olim discripsi, etiam iambici octonarii frustum fuisse:

iam hanc úrbem ferro uástam faciet Péleus . . . . .

Traditum in v. 679 *bigis* defendens Buechelerus ex sequentibus verbum eruendum putat, unde *sidera* suspendatur, velut *inuise tuis*, in fine autem quod legitur *spoliis* abiciendum ut natum ex illo *polus*. Mihi vero *bigis*, quod per se aptum esse non nego, multo videtur probabilius sic collocari : *bigis Peruáde polum*, falso autem loco insertum expulisse quod rectissime invenit Bothius *binis*.

V. 689 *rite* cum Scaligero non coniciet qui et Varronis verba accurate legerit et multo tritiorem esse locutionem 'rite perfectis sacris' quam illam 'recte' cogitaverit.

V. 692. Errori, quo *pallescit* mutatum est in *patescit*, simile est quod in Catulli epithalamio versum 20 Laurentianus codex manu priore sic scriptum exhibet:

Hespere qui caelo *potuit* crudelior ignis

ubi ceteri boni omnes cum Thuaneo *fertur* praebent. Ortum illud nimirum est ex hoc *pallet*, quo sane fit ut laudes Hesperi v. 26

Hespere, qui caelo *lucet* iucundior ignis?

multo concinnius respondeant execrationi.

P. 227 inc. fab. XLII. Quod Lucilium scripsisse C. M. Francken in Coniectaneis criticis ad Lucilii librorum decadem secundam et tertiam p. 11 suspicatur:

quare pro facie pro statura ἄξιος ὠνῆς

non proposuisset, opinor, si Ritschelii de fictilibus litteratis

Digitized by Google

commentationem p. 10 sq. legisset. Ceterum quod *faciem* et staturam Lucilius idem intellegi voluit, plane consentit cum Claudio Quadrigario, quem 'faciem pro statura totiusque corporis figura dixisse' Gellius XIII 30 (29), 7 narrat. Cf. Pacuv. 254.

Apud Festum p. 313 M. s. v. *struere* quae leguntur 'ali gradum augere, ali minuere. *ac uix pedem pedi praefert, otiose it, remoratur*' recepi quidem olim inter palliatae fragmenta incerta (XVI v. 20 sq.), sed ut litteris *ac* vel *Attae* vel *Accii* nomen indicari posse significarem. Ac potest sane quod sequitur vocabulum *uix* hausisse reliquam *Accius* nominis partem. Quod in versu sive omittendum sive relinquendum est, lentam et cunctabundam ducis ex pugna fugam describunt vel bacchei

(uix) pedém
pedí praestruít, otióse it, remorátur
[gradúm]

vel septenarius trochaicus:

praéstruit pedém pedi, otióse it, remoratúr gradum.

Talis enim apud Homerum Il. *Λ* 546 sqq. Aiax: **τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς, Ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων** et post lepidam illam asini pascentis imaginem v. 565 **Αἴας δ' ἄλλοτε μὲν μνησάσκετο θούριδος ἀλκῆς Αὖτις ὑποστρεφθείς . . . ὁτὲ δὲ τρωπάσκετο φεύγειν.** Ergo fortasse in *Epinausimache* illa narrabantur. Quamquam translato sermone a bello ad servi in comoedia machinas et pericula etiam eius, qui circumventus minis inimicorum pedetemptim in fugam se reciperet, tergiversatio tali modo potuit adumbrari.

Accii versus 181. 528. 584. 651 p. XXI, 238 p. XLVI, 349 p. XLV, 374 et 461 p. LXXVII, 601 p. LXI tetigi.

P. 228 in Marii Victorini de *Tecmessa* loco *tragoediae* volui genetivum haberi leniore structura quam si *dicebant* . . *tragoediae* coniungatur.

P. 229 VARII inc. fab. I quod post v. 5 motus chori commemoratos fuisse statui firmatur verbis Marii Victorini, qui strophae et antistrophi in choricis carminibus originem

Digitized by Google

enarrans 'alii' inquit 'tradunt hunc sacrorum ab hominibus concentum mundi cantum *cursumque* imitari.' Nam sic 'ab hominibus' verba, quae ante 'imitari' vulgo leguntur, transponenda sunt.

P. 231 ad POMPONII v. 4 Buechelerus apte conferri iussit Senecae Oed. v. 27 'meque non credo mihi.'

P. 232. Quod Pomponium Charisius narrat 'putare' dici *omnes*, non *omneis*, sane praeceptum ipsum non in tragoedia, sed in epistula aliqua sive praefatione vel in sermone familiari dedisse consentaneum est. At certe usum esse eadem forma, quam veram esse doceret, sescenties in fabulis quis dubitabit? Ergo inter reliquias tragoediae recipienda fuit.

Alia res est in controversia inter Pomponium et Senecam de locutione *gradus eliminat* (inc. inc. fab. 229) instituta. Quod cum ab illis quaesitum sit an 'in tragoedia dici *oportuisset*', non concesserim alterum utrum eorum, vel quia apud Senecam nunc non reperitur, Pomponium aliquando sic dixisse. Possunt enim exempli causa, cum de veterum stilo iudicium ferrent, illam formulam ex antiqui alicuius poetae tragici textu deprompsisse.

SCAEVI frustum Bergkius annall. philoll. 1870 p. 832 sic scribi iussit:

scindímus acri tenerás planctu,
Cisséi, genas.

Ad id quod traditum est *atras* conferendae sunt etiam militis in Poenulo Plauti minae v. 1279 'íta replevero atritate, atratior multo ut siet Quam Aégyptini', pugnis scilicet meis. Et planctu illae quoque in tragoedia livorem vultui intulerant.

P. 238 ad INC. INC. FAB. fr. XIII in Cornificii verbis Buechelerus haec probavit: '*Aesopum et Cimbrum subornari ut ad Iphigeniam Agamemnonem et Menelaum*' hac sententia: indui histriones tragica veste Agamemnonis et Menelai partes acturos velut ad Ennianam Iphigeniae fabulam instruendam. At mihi mirum videtur imaginem animo proponi memoriaeque inprimi, quae non in scaena coram repraesentata, sed in occulto paucorum oculis visa fuerit. An inter vestiarios spectatores admissi sunt?

Digitized by Google

Ceterum confictum a rhetore versiculum habere nemo potuit nisi qui nec ad ipsam disputationem, ad quam ille pertinet, nec omnino ad Cornificii artem umquam animum attendisset. Qui ineptus fuisset, si ad eius potissimum artificii, quo verba in memoria teneri demonstratum iret, exemplum nescio quem senarium, mendosum insuper, invita Musa edolare quam e scaenae promptuario aptum notumque eligere maluisset. Nam cur elocutionis praecepta suis, non aliorum exemplis inlustraverit, sat copiose ipse in praefatione quarti libri declaravit.

V. 27. Lucilii versum C. M. Francken in Coniectaneis criticis p. 20 Ulixi tribuit Graecis exprobranti, quod invito Agamemnone paene naves conscendissent, ut est in Iliadis libro secundo.

V. 45 sq. Quae Buechelerus proposuit senariorum frusta

non múlta peccas, sét tamen
peccás : te regere póssum

mihi non satis faciunt. Nam et Ciceronis verba proxime sequentia 'at ego verissime dixerim peccare te nihil neque *ulla in re* esse huiusmodi, ut corrigendus potius quam leniter inflectendus esse videare' flagitare in poetae verbis *si* videntur, et perit meo sensu lepos et acumen sententiae, nisi eodem versu *peccas* illud repetitur. Septenarium iambicum, cuius in adnotatione exemplum proposui, etiam sic explere poteram, ut media *sin tamen* insererem.

V. 67 sq. In octonariis iambicis Buecheleri

ignominiaé nouae
dolóre uictor ínsolens se uíctum non potuít pati

idonea interpretatione caret *insolens*. Potuit enim ignominiae, non potuit novae ignominiae insolens victor dolore acceptae adfectus dici.

De versibus 42. 54. 81 p. XXI, de 73 p. XX dixi.

V. 90 *interuasit* optimorum librorum scripturam tuetur Buechelerus comparatis intervenire intercedere interire interbitere intervertere interpolare verbis, quorum tamen analogia non satis facere videtur : sufficeret, si *intereuasit* traditum esset et per numeros ferri posset.

Digitized by Google

V. 99 sq. Denis ut 97 sq. duodenis syllabis paeones efficiendos esse amicus quidam aliquando putaverat, quorum exemplum hoc proposuit:

quí repens sónere pulsú graui
uís fores, strépitu ut extérreant —?

aut 'strépitus ut térreat.' At ista quidem interpretatio ab omni omnium metricorum ratione abhorret. Noster certe ut senarium dicit trimetrum iambicum duodecim syllabarum, octonarium et septenarium iambum octo et septem plenis pedibus compositos, item ionicum septenarium designat Sotadeum tribus ionicis, qui singuli syzygiam pedum efficiunt, et dimidio constantem, et anapaestum octonarium, qui octo pedibus efficitur. Atqui paeon sescuplum pedem trochaicum ita complectitur, ut bini paeones ternos pedes expleant: ergo duodecim explet metrum octo paeonum, quod paeonis duodenarii nomine significatur, quale v. 97 sq. exhibetur. Ad eandemque rationem denarius et dimetiendus et restituendus est. Quae ad amussim quadrat, si, ut in adnotatione proposui, sex paeones, h. e. novem pedes sequitur trochaeus, plane ad Alcmanis illud exemplum *Ἀφροδίτα μὲν οὐκ ἔστι, μάργος δ' Ἔρως οἷα παῖς παίσδει*. Deficit semipede in quinque creticis, quos ditrochaeus sequitur.

Ceterum doctissimum grammaticum, cuius de metris fragmentum *Censorini* libello adnexum legitur, prorsus vana atque iniqua suspicio est finxisse quaedam exemplorum suorum. Finxit sane vel transfiguravit pauca in ultimo capite, quod tamen ipse aperte indicavit 'contraho . . sumo . . conpono . . facio . . adiciam' similia addens: quo non minuitur, sed augetur fides eius de ceteris. Sed quem praeter Lucretium Catullum Vergilium Horatium Tibullum Lucanum Naevii Ennii Accii carminibus numquam nominato auctore usum esse certo constet, eumne suae fabricae commenta per fraudem inmiscuisse ideo putabimus, quia non novimus auctores, aut quia paulo insolentiora ex parte metra sunt? Sed a Plauto quot numerorum species abiudicaret artigraphi ista nostri severitas, nisi felici fato praeter frusta fabularum tot integrae extarent! Et quia apud Senecam octonarii iambici non

Digitized by Google

leguntur, ne a ceteris quidem tragicis poetis inde ab Augusti aetate umquam eos (cf. v. 29) usurpatos fuisse continuo pro certa lege sanciemus? Nec quidquam vel numeris scrupuli movetur septenario trochaico 138. Iambicus septenarius 42 num rectius ad comoediam referatur dubitari posse concedo. Anapaestorum septenarius 182 Ennii (v. 70—72) auctoritate firmatur, ut Buechelerus intellexit, cui de eiusdem v. 241, quem octonarium anapaestum esse vult, adsentiri minus possum. Sed constat octonarios, qualis inc. inc. fab. 183 et ab hoc non diversus Aristobulius 96 est, Plautum fecisse. Restat inter anapaestos senarius 237, quem si quis lyrico poetae tribuere maluerit, equidem non adversabor, quamquam huius quoque metri Graecis non incogniti exempla Plautina quaedam nuperrime excitavit Guil. Christ in comm. de canticis Plauti p. 43 sqq. (actt. acad. Monac. 1871). Pyrrichius qui dicitur grammatico 218 nil aliud est quam per proceleusmaticos decurrens tetrapodia dactylica catalectica, quam puram praestat Pomponius v. 5 et 7. De creticis tetrametris 97 sq. nemo dubitavit praeter L. Muellerum, qui solus expertus sit, quid poetae, quorum nos ceteri mortales lacinias miseras tenemus, in arte aut sectati aut aversati sint. Trochaeum cum creticis coniunctum in v. 97 sq. satis supra ad Ennii v. 305 firmavi. Comoediae fortasse reddendos esse et creticos 239 et baccheos 238 propter sententiae et sermonis colorem non negaverim, quamquam abstinuisse baccheis tragicos opinionem L. Muelleri ann. philoll. 1868 p. 432 temere prolatam Ennii et Pacuvii exempla refutant.

Ut autem de Pseudocensorini fide dubitandi causam nullam esse contendo, ita nunc Centimetri exempla concedo abicienda esse omnia, non quia non intermixta sint frusta quaedam poetarum, Vergilii Horatii Ovidii Senecae Terentiani, Ennii quoque, sed quod spreta consulto testimoniorum optimorum integritate flosculos ex variis carminibus decerptos ad novos quosdam versiculos consarcinandos ita interpolavit vanus poetaster, ut nisi ubi extant ipsi auctorum libri, quid unde haustum sit sciri plane nequeat. Praeterea integros sat multos partim ipse fecit, partim ex commentariolis qui-

Digitized by Google

busdam scholasticis, qui ad acuendam puerorum memoriam versiculis comprehensi fuerunt, compilavisse videtur. Itaque etiam Archilochium illum trimetrum inc. inc. fab. 38, quamvis, si in alio libro laudaretur, posset non inepte ad scaenam referri, iam ex Vergiliano 'Martemque fatigant' et Horatiano 'animaeque magnae Prodigum Paullum' contaminatum esse largibimur. Nec alterum, quem inter tragoediae reliquias olim recepi inc. inc. fab. 242, certi artificii causa compositum, pertinacius defendam.

Mixta sane cum veris ficta leguntur apud Marium Victorinum, unde tres omnino incerti auctoris, sed noviciae artis versiculos 240. 241. 243 sumpsi, alia quaedam lyricae poesis messori futuro reliqui. Quod ad genus etiam illa pertinent, quae in excerptis Vindobonensibus Endlicheri II 516 sqq. extant, nota partim Atilio Fortunatiano et Mario Victorino haustaque, ut videtur, ex Caesii Bassi libro. Unum ex illis septenarium trochaicum (inc. inc. fab. 91), qui recentioris tragoediae alicui poetae tribui potest, decerpere sat habui.

At vero pauca, quibus nostra aetate copias tragicorum locupletari iusserunt homines docti, repudiavimus. Ac de senario, si dis placet, antiquissimi poetae 'natúra vincit naturam et dei deos' respondit Hauptio (Hermae V 189) Usenerus mus. Rhen. XXVI 155 sqq. Alius locus extat apud Rutilium Lupum II 6 his verbis secundum Ruhnkenii emendationem: 'προσωποποιία. hoc fit, cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tamquam vivorum et praesentium actionem sermonemve deformamus. id est huiusmodi : *nam crudelitatis mater est avaritia et pater furor : haec facinori coniuncta parit odium, inde autem nascitur exitium.* hoc genere usi sunt poetae, qui fabulas scripserunt, in prologis. nam humana figura produxerunt personas, quae *inventa*' (sic Froehlichius ann. philoll. 1864 p. 206 : *in ueritate* libri) 'artis et voluntatis sunt, non personae.' Cf. Quintilianus IX 3, 89 'etiam in personae fictione accidere quidam idem putaverunt, ut in verbis esset haec figura : *crudelitatis mater est avaritia*, et apud Sallustium . . . quale est apud Menandrum.' Simillima

in libro *περὶ ὕψους* (c. 44 p. 69 ed. Iahn.) extare monuit Ruhnkenius. Certatim ex illa rhetoris prosopopoeia tragicos versus excudere nostra aetate studuerunt homines docti. Ac primus Meinekius in annall. philoll. 1863 p. 369 integrum quadratum iambicum his *crudélitatis máter est aváritia et patér furor* effici adnotavit; deinde Halmio M. Hauptius persuasit trochaicos septenarios restituendos esse hosce

nám crudelitátis mater aváritiast, patér furor:
haéc facinori iúncta odium parit; índe exitium náscitur;

quorum alterum idem Hauptius in Herma II 10 mollire frustra conatus est hoc modo:

haéc facinori iúncta parit odium : índe exitium náscitur,

prioris quidem vitio plane neglecto. Elegantiora tandem L. Mueller mus. Rhen. XXIII 692 (cf. XXIV 639) commendavit:

nám crudelitátis mater ést avaritia ét (*vel* át) pater
fúror : haec facinorí coniuncta ódium, inde exitiúm parit

vel adeo:

odium, índe item ex. p.

At vana commenta haec omnia. Nam sano iudicio post Ruhnkenium usus Leonardus Spengelius in annall. philoll. 1864 p. 206 comparato exemplo, quod Cornificius ad Herennium II 21, 34 finxit (*omnium malorum stultitia est mater atque praeceteris parit immensas cupiditates; immensae porro cupiditates infinitae, immoderatae sunt; haec pariunt avaritiam* e. q. s.) vel eis, quae statim addidit Rutilius de fabularum prologis, elucere vidit, superiora prosa esse oratione formata.

Porro senarii tragici initium tale

iam Dánai ne se réferunt

L. Mueller annall. philoll. 1867 p. 505 notavit exhibere Charisium p. 242 P. his : '*ellipsis* est sententia verbo minor quam necesse est, salva tamen compositione verborum, ut par est, *in medio victoria ponto* et *iam Danai ne si referunt*, pro : ne si quidem referunt.' Quid? quod titulum adeo fabulae Epinausimachen divinavit vir sagacissimus correcto quod bis traditur *si* in *se*. Ego non video, cur non possint item ut superiora ex dactylico carmine petita esse. Probo autem

Lindemanni coniecturam, qui, cum *nisi* in codice extet, *ne si* restituit; et addendum est hoc exemplum eis, quae in symbolis meis p. 46 sq. de hoc particulae *ne* usu disserui.

Praeterea non irascetur, opinor, benivolus lector, quod duo tragica, si dis placet, frusta ab eodem L. Muellero in libro de re m. 430 monstrata neglexi : nam unum quod Pompeius p. 186 L. 178 K. laudavit *te quoque, peritura Thebe,* Statio Theb. X 594 debetur ('te tamen, infelix, inquit, perituraque Thebe'); alterum ex Sergii qui dicitur explanatione in Donatum (IV p. 510 K.), quod sic scribi voluit *o di ínmortales, dóminus ille géntium,* ubi ipsi codices meliores Ciceronis scilicet pro Deiotaro 11, 31 verba *o di inmortales, Gnaeus Domitius ille* praestant.

Item frustra temptatus est Frontonis in ep. ad M. Caesarem III 13 p. 51 N. locus : 'unde displicet mihi *fabula histrionibus celebrata,* ubi amans amantem puella iuvenem nocte lumine accenso stans in turri natantem in mare' (immo 'marei') 'opperitur. nam ego potius te caruero, tametsi amore tuo ardeo, *potius quam te ad hoc noctis natare tantum profundi patiar. Ne luna occidat, ne ventus lucernam interemat, ne quid tibi e frigore inpliciscat, ne fluctus, ne vadus, ne piscis aliqua noxsit*: haec oratio amantibus decuit, et melior et salubrior fuit, non alieno capitali periculo sectari voluptatis usuram brevem ac paenitendam.' In quibus verba *ne luna . . . noxsit* distinctione curavi ut cum sequentibus coniungantur, non cum antecedentibus. Praeterea Maio debetur *tibi* : cod. *ibi;* CFW Muellero ann. philoll. 1866 p. 487 sq. *inpliciscat* et *aliqua* : cod. *inpliciscar* et *aliquo.* Iubet vero idem *ted hoc noctis* scribi, nam inter tragoediae frusta haec recipienda esse, cum lenissimis quibusdam mutationibus (quas aegre fero quod non indicavit homo doctus) iambici septenarii (non illi quidem usitatissimi in tragoedia) evadant. At vereor, ne oleum et operam in his carbonibus auro mutandis perdiderit : nam talem in fabula orationem non habitam esse expressis verbis testatur Fronto.

Confidentius etiam CM Francken in Coni. crit. (1871) p. 33 *Lucilium* statuit et in hoc versu XX 10 'proras deton-

Digitized by Google

dete et despoliate *guberna'* hoc ultimum vocabulum, et integrum septenarium apud Festum p. 276 (inc. libr. 68) talem *quaénam vox ex té resonans meó gradu remorám facit?* ex tragoedia mutuatum esse. De quo neglexit quod in A. Mai thesauro quem is appellavit latinitatis (class. auctt. VIII 355) exhibetur testimonium: 'haec remora, ae i. mora; unde *Livius : quaenam vox gressui meo remoram facit'*; quo ambiguum certe fit, uter ex duobus auctor verborum sit : nam temere invicem confusa fuisse a librariis Livii et Lucilii nomina exemplis sat demonstratur. Ceterum Vaticani grammatici auxilio versum sic fere restituendum esse duco:

quaénam vox ex aéde resonans gréssu meo remorám facit?

Sat facile ad numeros redigitur quod Bernensis artigraphus in Hageni anal. Helv. p. CCXV neutri *Tartara* proposuit exemplum : *Tartara saeua petisti dura claustra diruens*, unde septenarius sic oritur:

saéua Tartara ádpetisti dúra claustra díruens.

Quae cui debeantur auctori et quam probabiliter de Hercule in scaena praedicata fuisse statuantur, in medio relinquo.

Denique ex comoediis Plautinis et Terentianis tragoediae dicta expiscari quam inanis plerumque operae sit cum olim in quaest. scen. p. 352 sqq. satis enarraverim, nunc paucissima inde p. 269 sq. in adnotatione delibavi. Inter quae si indicatum ab Andrea Spengelio septenarium iambicum Truculenti II 1, 9 *actútum fortunaé solent mutári : varia vítast* recipere voluissem, eodem iure alia φιλοσοφούμενα plurima cothurno adstringere debuissem.

Restat ut de glossariis pauca moneam. In quae magnam ex antiquiorum compilatorum libris vocabulorum copiam varios per rivulos transfluxisse sat notum est. Nec desunt in illis tragici sermonis frusta, non illa quidem ex ipsis poetarum fabulis, sed ex grammaticorum commentis et excerptis hausta, quorum longe plurima Nonius et Festus, alia Varro, pauca Diomedes Priscianus Macrobius commo-

Digitized by Google

daverunt; quaedam quo ex fonte prodierint incertum est. Pertinent autem ad hoc genus e. c. haec:*

abigeus ἀπελάτης *L* abigeus latro *HPSV* = *Ennius* 300*
applar *L* = *Pacuvius* inc. fab. LXII
aspernabilis ἐκφαυλισταῖος *L* = *Accius* 555
concento συνεπᾴδω *L* = *Pacuuius* 73*
euito ἐναρίζω *L* euitare ... obtundere *H* = *Ennius* 87, *Accius* 348.
grandinat χαλαζοκοπεῖ *L* = *Pacuvius praet.* 4.

Ad certam auctoritatem propriae tragicis vel certe his inprimis antiquo testimonio tributae voces haece revocari possunt:

abiugat ἀπολύει *L* = *Pacuvius* apud Nonium
adauctauit ηὐξήθη *L* = *Accius* apud Nonium
adiugo ἐπιζεύγνυμι *L* abiugare (*scr.* adiugare) adiungere adducere *P* = *Pacuvius* apud Nonium
amplo ὑψῶ *L* = *Pacuvius* apud Nonium
anclare ἀντλῆσαι *L* = *Livius* apud Festum
anfractum περιφερές *L cf. HS* = *Accius* apud Varronem et Nonium
anxietudo ὀδύνη — ἄχθος *L* : *immo* anxitudo = *Pacuvius, Accius* apud Nonium
auerruncassint *P* = *Pacuvius* apud Varronem et Festum
camilla ἱέρεια *L* = *Pacuvius* apud Varronem
cicuro τιθασεύω *L* cf. B^3 : cicurare, mansuetefacere. *S*: cicurare, militare (*immo* mitigare *Usenerus)* exorare mansuefacere = *Pacuvius* apud Varronem
clypeare contexere (*immo* contegere) *V* = *Pacuvius* apud Varronem et Nonium

---

*) Brevitatis causa glossaria singula his indicavi siglis:

B^1	= Bernense	XVI	saeculi	IX	
B^{2a}	= -	224	-	X fol.	193 sqq.
B^{2b}	= -	-	-	- -	196 sqq.
B^{2c}	= -	-	-	- -	198 sqq.
B^3	= -	178			
H	= Hildebrandi gloss. Parisinum				
L	= Labbaeum				
P	= Placidi glossas				
S	= Sangallensem cod. n. 912 saec. VII vel VIII				
V	= Vaticanas gl. in A. Mai auctt. class. VI 501				

Digitized by Google

creterra ὑδρία *L* creterrae *Paulus p.* 53 *M* = *Naevius* apud Nonium

deiugo ἀποζυγόω *L* = *Pacuvius* apud Nonium

domitone, *scr.* domuitionem ἐπάνοδον *L* domuitionem, domus reditum *P* = *Pacuvius* apud Nonium

dusmum incultum *P* = *Livius* apud Festum

facul facile *P*, *Paulus p.* 87 *M.* = *Pacuvius*, *Accius* apud Nonium : cf. Festus

fulgurio ἀστράπτω *L* = *Naevius* apud Nonium

inenodabilis δυσχερής ἄλυτος πλακείς ἄδηλος *L* inenodabile quod solui non potest *H cf. V* = *Accius* apud Nonium

lapit, cruciat sollicitat doliter (*scr.* dolenter) *S* lapit, dolore afficit *Paulus* p. 118 = *Pacuvius* apud Nonium

manticulor τεχνάζομαι *L* ad manticulandum *P* = *Pacuvius* apud Festum

matrescere μητράζειν *L* = *Pacuvius* apud Nonium

moro διάγω διατρίβω παρέλκω *L* = *Pacuvius* apud Diomedem

nefredem, infantem nondum dentatum *P* nefrendes νέβροι *L* = *Livius* apud Festum

nitido καλλύνω *L* = *Ennius*, *Accius* apud Nonium

niuet χιονίζει *L*, *immo* niuit = *Pacuvius* apud Nonium

perpetem, perpetuum B^{2c} = *Pacuvius* apud Festum

poenitudo μετάνοια *L* penitudo, poenitentia B^{2c} = *Pacuvius* apud Nonium

repedo ἀναποδίζω *L* respida (*scr.* repeda), redi ad te *V* (repedat $HB^{2c}S$) = *Pacuvius* apud Festum

rimo ἀνερευνῶ *L* = *Pacuvius* apud Nonium

rudus βῶλος *L* = *Accius* apud Festum

Salacia ἀμφιτρίτη νηρεῖς (*scr.* νηρηίς) *L* = *Pacuvius* apud Festum

salmacidus ἁλμυρός ἁλώδης *L* = *Ennius* apud Festum

tabificabile τηκεδονικόν *L* = *Accius* apud Nonium

tesqua siue tescua κατάκρημνοι καὶ ῥάχεις καὶ ἔρυμοι τόποι *L* tesqua deserta aspera *S* = *Accius* apud Varronem et Festum

Digitized by Google

tonsilla τριχολαβίς παρίσθμιον στύραξ *L* = *Pacuvius, Accius* apud Festum

trabica δοκίς *L* = *Pacuvius* apud Festum

triones ἅμαξαι, βόες ἀρχαίως. βόες ἀρόσιμοι *L* = *Naevius* apud Isidorum

uitulans, lasciuus gaudens, cum exultatione letans *S* = *Naevius, Ennius* apud Festum et Nonium.

Quibus adiungendae sunt ex Paulo Festi epitomatore notationes haece:

p. 40 conflages loca dicuntur, in quae undique confligunt venti = *Naevius* apud Isidorum

„ 62 consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur = *Ennius* apud Nonium

„ 74 diabathra = *Naevius* apud Varronem

„ 80 expectorat, ex pectore eicit = *Accius* apud Nonium

„ 82 epicrocum = *Naevius* apud Varronem

„ 96 grumus = *Accius* apud Nonium

„ 104 iubar = *Pacuvius* apud Varronem

„ 108 impetritum, impetratum : cf. *Pacuvius* 317 apud Festum

„ 113 iniuges boves : cf. *Ennius* 156 apud Nonium

„ 124 mertat = *Accius* apud Nonium

„ 152 mansues = *Accius* apud Nonium

„ 221 patagium = *Naevius* apud Nonium.

Accedunt ex ceteris glossariis multa alia ex eisdem fontibus petita, quae communia tragicis poetis et comicis vel ceteris prisci sermonis auctoribus esse diserta testimonia confirment : *acrimonia ancillari antruare autumet cachinnat caluitur caprigenus cicur clepit consternatur delicare diuidia diuito elimino exanclat gliscit grandio hostimentum hostio itiner iuxtim labasco lactat mortuale muttire pigreo porceo rarenter seneo sospito superstito ualentia.* Restant denique usurpata ab optimae aetatis scriptoribus vocabula, maxime a Cicerone Vergilio Ovidio Seneca, quae tamen cum debeantur antiquioribus, a glossographis veteribus enotata sunt; ex quibus rariora quaedam commemorasse sufficit : *auricomus carchesium clango caespes extorris hiscere laniger lymphatus manubiae*

morigeror mortiferum Mulciber obuallatum pedetemptim proteruitas quadriiugem quadrupedo radiatus reciprocat scrupeus scruposus sentus seruitium sonipes tardat tensa terrificus territo tripudio turpo uastitas uelinolus uirginalis uitisator. Omnino pleniorem olim exemplorum copiam, quam quae velut apud Nonium nunc reperitur, glossographos illos excerpsisse formis vocabulorum talibus, quarum nunc certa testimonia desiderantur, concludi licet : e. c. hac Placidi glossa '*corporato*, uulnerato' (cf. Ennius 101 Accius 604); apud eundem et in Sangallensi codice quod est '*creperae* res, incertae dubiaeque' Varroni de l. l. VII 77 debetur, sed in Vaticanum unde fluxerit '*creperis*, dubiis', nescimus : cf. Nonius s. v. 'crepera res' et Pauli Festus p. 52 'creperum, dubium'.

Sed haec accuratius componere et cum pulvisculo, ut aiunt, excutere ei relinquendum, qui operosam, sed eandem exoptatissimam (iamque in praefatione ad comicos p. XVII olim a me flagitatam) glossariorum quotquot extant syllogen aliquando exornabit, in qua singuli tituli, quantum quidem fieri potest, ad suum originem revocandi erunt. Nostrum interest quaerere primum, num quae inter glossas illas lateant, quibus ad emendandas tragicorum poetarum reliquias probabiliter uti possimus; deinde num quid praebeant thesauri illi praeter exempla aliis testimoniis firmata, quod tragici sermonis indolem et colorem prae se ferre videatur.

Atque ad corrigenda textus nostri menda ut adhibui supra laudata vocabula *abigeus* et *concento*, ita quod apud Pauli Festum p. 90 legitur 'fracebunt, displicebunt' et paulo plenius apud Placidum 'fracebunt, sordebunt, displicebunt, dictum a fracibus' e. q. s. nescio an *Ennio* v. 301 reddendum sit, cuius haec apud Nonium s. v. 'flaccet' vetere scilicet corruptela traduntur:

sín *flaccebunt* cónditiones, répudiato et réddito.

Traditam apud Nonium in *Pacuvii* v. 229 adiectivi formam bisulcis tuentur praeter Labbaei titulum hunc : 'disulcis χυροσδιαίτης' (χοῖρος διχαίτης Scaliger conl. Pauli Festo s. v. dissulcus) 'δαύλαξ' (*scr.* διαῦλαξ) glossae codicum B^1: 'bisiltes '(scr. bisulcis)' 'porcus fissis ungulis'; B^{2c} : 'bi-

sulcis. porcus diuisis ungulis'; denique *V*: 'bisulis' (scr. bisulcis) 'porcus fissas ungulas habens', ut translato a porco ad serpentium linguas huius voculae usu, sive genetivus singularis sive pluralis nominativus interpretandus est,

linguaé bisulcis (*vel* bisulces) iáctu crispo fúlgere

vel os anguium vel angues ipsi dicantur, qui vehant Medeae currum. Quod autem postea *bisulcus* formam praetulerunt, sollemnis fere in eis adiectivis, quae a substantivis derivata sunt, variatio terminationis est: ut *exanimis adclivis declivis proclivis enervis semisomnis biiugis effrenis infrenis.* Diversa ab his Pacuvii *indigem*, Plauti in Most. 274 *interpoles*, Varronis *pronis*, in glossariis *breviloquis* et *obliquoloquis.* In quibusdam vero ut *elumbis enodis* regnat *is* terminatio. Firmatur *bisulcis* Plauti exemplo, qui in Poenulo v. 1023 '*bisulci lingua*' ait 'quasi proserpens bestia.'

In *H* quod legitur 'lumpae aquae uel undae' aptum est ad firmandam in *Pacuvii* versu 244 scripturam, quam Ritschelius commendavit, lumpis.

In v. 377 *ád manticulandum ástu adgreditur: scít enim quid proméruerit* haec altera pars num recte tradita sit, in tam obscura sententia certe dubitari licet. Coniciebam igitur *scite* vel *sciti enim quid prompserit* scribendum esse. Sed in B^{2c} *V* glossae extant *nimquid non aliquid* et *nimquis non aliquis*, in quibus *non* corrigendum esse *num* suspicor. Illa autem *nim* forma ne oblitteretur similitudo vocis *ningulus* suadet ortae, ut videtur, ex *nim-culus*, non ex *noinculus*, ut voluit Corssenus de pronunt. I 79. Atque in Trinummi quoque v. 962 *nimquam* praebet Decurtatus. Eodem pertinet quod in versibus, quos ex Varronis Agathone Nonius p. 187, 10 laudavit, ipse inter comoediae frusta inc. inc. 96 sqq. rettuli, pro his '*Lampadio, numquid* familiaris filius Amát' libri *Lampadionem quid* praebent. Itaque apud Pacuvium sic interrogatum fuisse coniecerim: *scite* (vel *sciti*) *nimquid prompserit?*

Supra dixi de structura *pudet mihi* in v. 143 (p. XLII), et de glossa Labbaei *matrescere*, qua traditum a Nonio *matrescam* in v. 309 firmatur.

Digitized by Google

Apud *Accium* in v. 374 Merceri emendationem *atratus taetra ueste* defendo glossa Labbaei '*atratus* μελανείμων', atque extat 'atratus, lugubris' etiam in B^1S. In versum 461 sq. quod intuli *acula* praeter Cledonium p. 41, 13. 48, 13 repetitur apud Labbaeum: 'acula βελόνη.'

At omni exempli saltem corrupti fundamento destitutum eligere ex glossarum multitudine quae tragico sermoni vindicentur lubrica plerumque et vaga ariolatio est. Nam quamvis hic illic adposita apud Labbaeum certe poetarum nostrorum Livii Naevii Ennii Pacuvii Accii nomina, ceteros ut taceam, fidem faciant, in ceteris quoque vocabulis inesse quae ad eosdem merito referantur (ut Vergilianae glossae plurimae omisso auctoris nomine insertae sunt), tamen singulorum, quae careant certa auctoritate, lemmatum rarissime talis indoles est, quae tragoediam prae alio genere redoleat. Pauca quaedam delibabo, quae apud Labbaeum reperiuntur, sed ut ne horum quidem sponsor esse velim:

obliquoloquis λοξίας, Apollo scil.
opitulus ἀλεξητήριος. cf. Festus p. 184 'Opitulus Iuppiter et Opitulator dictus est quasi opis lator.'
redimiae λύτρα. cf. Placidus 'redimiae res quae redimuntur a praedonibus.' Possis *Hectoris lytra* intellegere.

Praeterea senario et cothurno apta videri possunt haec:

adpectora παράβαλλε, θώρηξον
amfragosus περιοδεύσιμος τόπος
animaequior εὐγνωμονότερος (*scr.* εὐγνωμονέστερος)
animaequitas εὐψυχία
cluor δόξα
diuigena θεογενής
endofestabat εσενεν (*scr.* ἐσίνετο) ὠργίζετο
eritudo δεσποτεία
exercipes ταχυδρόμος, δρομεὺς καὶ κούρσωρ
expropitio ἐξιλάσκομαι
famen φάτις βάξις
fortitas γενναιότης ἀνδρειότης
gauescite χαίρετε
gaudifico χαροποιῶ

Digitized by Google

gloriabilis καυχηματίας
gnaticidium τεκνοκτονία
grauilocus δεινολόγος
† *gredinunda (gradibunda* Vulcanius*)* βαδίζουσα
gressibile βαδιστικόν
honestitas ἀξιολογότης ἀξιοπιστία
ignauatis ἀδρανισθέντων
ignomines ἀνώνυμοι
imbricitur ὀμβροῦται βρέχεται
immarcibilis ἀμαράντινος
inauspicabilis ἀόρατος
incitabilis παροξυντικός
ostentiferum τερατῶδες
taeditudo σικχασία
terricrepus βαρύβρομος
tonitrabilis βρονταῖος
undiuomus κυματοβόλος
† *uocissimus (uocisona?)* ἠχώ

Placidum adire etiam periculosius est, ut quem Ritschelius mus. Rhen. XXV 456 sqq. demonstraverit Plautinas maxime copias compilavisse. Nec in ceteris inveni quod quis, nisi temeritatis crimen merito incurrere voluerit, proprium tragico poetae fuisse suspicari audeat.

Digitized by Google

INDEX COROLLARII

Digitized by Google

LIVIVS ANDRONICVS

ACHILLES

Sí malos imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

AEGISTHVS

I (5)

nam ut Pérgama
Accénsa et praeda pér participes aéquiter
Partíta est

II (3)

Tum autém lasciuum Nérei simúm pecus
Ludéns ad cantum clássem lustratúr . .

III (1)

Iamne óculos specie laétauisti optábili?

IV (2)

Nemo haéce uostrum rúminetur múlieri.

Livi Achilles, immo Aciles Non. 365, 25 'pretium, poenae exitum.' Idem 473, 22 'imitat . . .' (lucilius Bamb.) Adde inc. fab. V

Aegisthvs, immo Aegistvs I Non. 512, 32 'aequiter . . .' II Non. 335, 21 'lustrare est circumire . . .' Idem 158, 29 'pecus non solum quadrupes animal, uerum omnia animàlia pecudes dicuntur . . . [5]' III Non. 132, 32 'laetare et laetiscere, laetificare.' (Lucilius Aegisto Bamb.) Idem 386, 23 'species dicitur effigies, facies. L. Egisthi . . .'

IV Non. 166, 29 'ruminare dictum in memoriam reuocare . . .'

---

1 malos *ed. pr.* malas *libri p.* 365, *Bamb. p.* 473 males *ceteri libri p.* 473   imitabis *ms. Fabri p.* 473   tu *om. libri p.* 365

dabit *libri p.* 365   [Si bona ero atque fida, amantem contra amare te addecet;] Sin malas *e. q. s. Bothius* 2 (*Mus. Rhen.* 1837 *p.* 269)   3 praeda *Junius* praedam *libri*   equiter *libri*   5 autem *om. libri p.* 335   Nerei simum *Bentinus* Nereis simum *libri p.* 335 rei simum *libri p.* 158   6 cantem *Geneu. Basil.*   classem *Geneu. Basil. Duentzerus* classum *ceteri libri*   lustratur choro *uersum explebit: cf. Senecae Agam. u.* 475. lustrat nauium *Klussmannus. cf. Jahn. et Klotz. Annal.* 1848 *Suppl. p.* 479: *actiuum G. Hermanno quoque placuit*   7 spetie latauisti *Bamb.*   8 haece *L. Mueller de re m.* 442 *senarium explens.* haec *libri. septenarium trochai-*

V (4)

Sollémnitusque deó litat laudém lubens.

VI (6)

. . in sedes cónlocat se régias:
Cluteméstra iuxtim, tértias natae óccupant.

VII (7)

Ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

VIII (8)

Quin quód parere [míhi] uos maiestás mea
Procát, toleratis témploque hanc dedúcitis?

AIAX MASTIGOPHORVS

I

Mirúm uidetur, quód sit factum iám diu?

II

Praestátur laus uirtúti, sed multo ócius
Vernó gelu tabéscit.

V Non. 176, 13 'sollemnitus pro sollemniter. Lucilius Aegistho . . .' (Liuius ed. 1526; accius Vrbin. 308, ut quo referendus sit hic locus incertum fiat) VI Non. 127, 30 'iuxtim pro iuxta . . .' VII Non. 110, 29 'fligi, affligi'. VIII Non. 23, 25 'procacitas a procando, id est poscendo dicitur . . .'

AIAX MASTIGOPHORVS, immo MASTIGOPORVS I Non. 127, 16 'iamdiu pro olim ... Liuius Aiace: mirum' e. q. s. II Non. 207, 23 'gelu

---

cum prima dipodia mancum olim dederam uostrum *D. Heinsius, Almeloueenus ad Quintil. X* 2 uoster *libri* ruminabitur (*sic ante Mercerum edd.*) Múlieri *commendauit Hermannus* 9 deo litat laudem lubens *scripsi* adeo ditali laudet lubens *libri, nisi quod* adcon *Leid.* adeo litato audit l. *Duentzerus* adeo attuli laudem et l. *Bothius* 1 adeo illicita ille audet l. *Bothius* 2 adeo ditat laude illubens *Klussmannus* accedit iam tandem et lubens *uel* dedicat laudem et l. *G. Hermannus* 11 Clytemestra *libri, quam formam uindicauit Ritschelius opusc. II* 498, *cf.* 502. 517 *sq.* natae *Aldina* nate *libri* 12 ipsus *Bothius* ipse *libri* *Non commendauerim* ipse séd 13 parere uos maiestas mea procat *libri* p. mea uos maiestas procat *Bothius* p. uosmet maiestas mea Procat *Klussmannus* p. uos iam m. m. P. *Hermannus* maiestas *bisyllabum metitur Duentzerus* 15 quid *Vrbin.* 307, *Grotius bibl. crit. nou. IV* *Interrogandi signum posuit Klussmannus* 16 *sq.* p. uirtuti laus gelu set m. o. uenio tabescit *libri, nisi quod* genu sed *W* (*h. c. Wolfenbuttelanus*):

Digitized by Google

ANDROMEDA

Cónflugae cubí conuentu cámpum totum inúmigant 16

DANAE

.. etiam mínitas? mitte ea quaé tua sunt magis quám mea.

EQVOS TROIANVS

Dá mihi hasce opes,
Quás peto, quás precor:
Pórrige, opitula! 20

HERMIONA

'Obsecro te, Anciale, matri né quid tuae aduorsús fuas.

TEREVS

I (1)

Raréntor uenio.

neutri generis Titus Liuius in aiace mastigho foro' (sic Vrbinas 308. pisi — corr. ex ipsi — W — adtacematico foro ceteri libri): 'praestatur' e. q. s. Cf. Sophoclis Ai. 1266 D. φεῦ· τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς Χάρις διαρρεῖ καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται. Non indignum quod hic commemoretur Plautinum quoddam ad Capt. III 4, 82 ('hortamenta absunt: Aiacem, hunc quom uides, ipsum uides,' ubi sane 'ornamenta' uetus codex habet) scholion a Bentleio ad Ter. hautontim. IV 7, 8 (etiam a Pareo) laudatum mihique a Buechelero indicatum: 'hortamenta, flagella quibus aurigae utuntur cum equos hortantur. Aiax mastigophorus.'

Andromeda Non. 62, 20 'confluge loca, in quae riui diuersi confluant.'

Danae Non. 473, 31 'minitas pro minaris. L. Danea . . .' (L. Dariae Bamb. Naeuius Danae Aldina)

Eqvos Troianvs Non 475, 10 'opitula.'

Hermiona Non. 111, 12 'fuam sim uel fiam . . .'

Terevs I Non. 515, 29 'rarenter . . .'

---

transposui et correxi Buechelerum secutus, qui uerno *in* uenio *latere intellexit. Olim in actis acad. Berol.* 1854 *m. Jan. p.* 46 uento et gelu *proposueram, et* uentu *iam Bentino placuerat.* 18 conflugae *W, quod uindicauit Buechelerus Coni. Latt. p.* 11 *sq.* confluge *Leid. Vrbin.* 307 confluges (*ut in lemmate Leid.* n. 116) *Mercerus* cubi, *quod adlitteratione etiam commendatur, scripsi.* ubi *libri* confluges riui *olim conieci* conuentu *Junius* conuentum *libri* 19 quae mea sunt magis quam tua *uel* quae tua sunt minus quam mea *L. Mueller de re m.* 441 21 *Numeros a Bergkio commendatos recepi, dimetrum creticum inter duas tripodias trochaicas catalecticas: olim tetrametrorum creticorum frusta* dá mihi Hásce . . . pórrige, 'Opitula *dedi* porrige *ms. Fabri, Vatic.* corrige *ceteri libri* 23 obsecra *Leid. W, sed* o *suprascr.*

Digitized by Google

II (2)

Nímis pol inpudénter: seruis praéstolabas?...

III (3)

'Ego puerum intereád ancillae súbdam lactantém meae,
Né fame perbítat.

IV (4)

crédito,
Cum ílloc olli meá uoluntate númquam limauít caput.

INO

Terentianus Maurus 1931:

Liuius ille uetus Graio cognomine suae
Inserit Inoni uersus, puto, tale docimen:
Praemisso heroo subiungit namque miuron,
Hymnum quando chorus festo canit ore Triuiae.
'Et iam purpureo suras include cothurno,
'Balteus et reuocet uolucres in pectore sinus,
'Pressaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
'Derige odorisequos ad certa cubilia canes.'

II Non. 475, 32 'prestolat pro prestolatur . . .' III Non. 153, 26 'peruitere, perire . . .' IV Non. 334, 7 'limare etiam dicitur coniungere . . .' Deridetur limauit caput locutio in Plauti Poenulo I 2, 79. (cf. quaest. scen. p. 354 et Ritschelii Parerg. I 168)

Ino Cf. Marius Victorinus p. 2512 P. 91 G. 'at cum Liuius Andronicus praemisso hexametro huiusmodi subnectat uersus per ordinem iambo terminatos, nouam potius hanc speciem' e. q. s. 'nam in hymno Dianae apud eundem ita inueniuntur in fabula Inone: sed iam' e. q. s. Transformauit ueteris poetae uersus in suum usum Caesius Bassus: cf. Hermanni epit. d. m. 127[2], Hauptii obseru. crit. p. 43

Anciale *libri, quae forma poetae aspirationis consonantium ignaro seruanda erat.* Anchiale *Junius in mg.* 25 inpudenter *conieci* inprudenter *libri* seruis *Junius in mg.* seruus *libri* serus *Machlyo ann. philoll.* 1857 *p.* 286 *in mentem uenit* praestolaras *Bamb.* prestolaras *ceteri libri* 26 interead *scripsi* interea *libri* lactantem *Palmerius* lactantem *libri* lactentem *Bongarsius* lactentem *uel* lactanti *Vossius* lactandum *Heinsius* *cf. C F W Mueller prosod. Plaut.* 593 *sq.* 29 illoc olli *temptaui* illos soli *libri, nisi quod* olim ex *Basil.* illo sola *Bothius* illo, soror *Mercerus* illo soror *Vossius* limaui *Mercerus*

Digitized by Google

EX INCERTIS FABVLIS

I (I)

Florem ánculabant Líberi ex carchésiis.

II (5)

. . sed qui sunt hí, qui ascendunt áltum ocrim?

III (3)

celsósque [in] ocris 30
Aruáque putria et mare mágnum.

IV (4)

namque Taénari celsós ocris

V (2)

Haut út quem Chiro in Pélio docuít ocri.

VI (10)

Múlier, quisquis és, te uolumus.

VII (VIII Eq. Tr. 3)

Quó Castalia pér struices sáxeas lapsu áccidit. 36

VIII (IX 14)

Quem ego néfrendem alui lácteam immulgéns opem.

Ex Inc. Fab. I Pauli Festus p. 11 M. 'anclare haurire a Graeco descendit.' Thes. nou. lat. apud A. Mai auct. class. e codd. Vat. ed. VIII p. 26 'anclo . . . haurire uerbum actiuum; unde Liuius: florem' e. q. s. II—V Festus p. 181 M. 'ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum uocabant, ut aput Liuium [31] et: [32. 33] [34] et: [35].' Fr. V ad Achillem uidetur pertinere. VI Non. 197, 31 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit.' VII Fest. p. 310 M. 'struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum.' Laenio has elegantias reddendas censet Bergkius Ephem. Hal. 1842 p. 239 VIII Pauli Festus p. 163 M. 'alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes,

---

30 anculabant *Scaliger* anclabant *libri* 32 in *om. cod.* *De Saturniis numeris G. Hermannus et O. Muellerus, de heroicis Bothius cogitarunt* 38 *Verum non est quod L. Mueller de re m.* 429 *iactauit* nefrendem *necessario ut* nefastus *primam syllabam corripere: producit eandem* nequam. *Ceterum cf. quae in symbolis grammaticis (Beiträge z. Lehre von d. latein. Partikeln) p.* 12 *sq.* 46 *sq. de uariis* ne *particulae formis disserui. Quam si constaret in hac compositione breuem fuisse, possent numeri sic fere restitui:* quem égo nefrendem alui éducaui l. i. o.

Digitized by Google

IX (X 6)

dusmo ín loco

X

Puerárum manibus cónfectum pulcérrime

XI

Quinquértiones praéco in medium próuocat.

XII (XI)

Varro de l. L. VII 3 M. 'nec mirum quom non modo Epimenides . . . sed etiam Teucer Liuii post annos XV (XII Flor.) ab suis qui sit ignoretur.'

CN. NAEVIVS

ANDROMACHA (Nou. Andr.)

Quod tú, mi gnate, quaéso ut in pectús tuum
Demíttas, tamquam in físcinam uindémitor.

V Non. 20, 23 'corporare est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere.' VI Festus p. 375 M. 'uruat Ennius in Andromeda. significat circundat — — ait autem: circum' e. q. s. VII Non. 165, 11 'riscus, loca in parietibus angusta. Terentius ...' (deinde excidisse de u. reciprocare lemma coniecit Junius) 'Ennius Andromeda ...' Idem 385, 1 'rursus, retro ... Ennius Andromeda ...' VIII Non. 183, 17 'uisceratim.' (per uiscera addit Bamb., ubi exemplum ipsum deest, ut plerumque in his partibus). Ad hanc fabulam pertinere suspicatus sum inc. nom. XV et XVI, item satis quadrat LXV. Scaenam fortasse respexit Varro in satura περὶ ἐξαγωγῆς fr. II et V R.: sed cuius poetae fabulam in mente habuerit, plane incertum.

Athamas? Charisius p. 214 P. 'euhoe. Maro septimo: euhoe Bacche fremens, solum te uirgine dignum Vociferans. Ennius in Athamante: his erat' e. q. s. Merito post Bothium Welckerumque (de trag. Graec. 1374) et F. Albertus Lange quaest. metric. p. 16. 30 et Bernardus Schmidt

---

102 occulit *Vossius* occ . . . *cod.* occultans *Salmasius Exerc. Plin. p.* 576, 2 occultat *A. Augustinus in mg.* circum se uruat ad pedes, ter ac quater ingens occulit Caput *Vossius* c. sese uruat, ad p. fert occultans c. *Salmasius* c. sese uruat, adpetens terram, occulit Caput *Bothius* 104 rusus *Palmerius Spicileg. ap Grut. IV* 770 riscus *W p.* 165, *etiam in Leid.* i *superscr. pro* ur, *ut* risus *fiat.* rursus *celeri* prosus *Palmerius* porsus *W p.* 385 prorsus *celeri* fructus *libri p.* 165 fera *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 70, *fortasse recte* 106 salso *Scriuerius*, *Bergkius l. l.* salsa *libri* 107 his erat *Fabricius* is erat *cod.*, *ed. pr.* 108 Lyaeus *ed. pr.* liseus *cod.* 109 euhoe euhoe *Fabricius*, *om. cod.* Euius *ed. princ. De aspiratione cf. Lachmannus in Lucr. V* 743

Ignótus iuuenum coétus alterná uice
Iníbat alacris, Bácchico insultás modo.

CRESPHONTES

I (3)

. . inter se sórtiunt urbem átque agros.

II (1)

Audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

III (7)

Iniúria abs te adfícior indigná, pater.
Nam si ínprobum esse Créssipontem exístimas,
Cur me huíc locabas núptiis? sin ést probus,

mus. Rhen. XVI 599 sq. negauerunt tam puros atque elegantes uersus ab Ennio factos esse: tamen non separaui ab eius reliquiis, quia duplici modo de Charisii testimonio statui posse intellego. aut enim corruptum Ennii nomen est (et cogitauit de Asinio Pollione Langius) aut uero recentioris artis, qualis optimo tempore florebat, exemplo uetus Ennii fabula tunc accommodata est.

Cresphontes, immo Cresprontes uel Cresipontes I Non. 471, 1 'sortirent pro sortirentur. Varro rerum humanarum lib. XX: cum uenerint, censores inter se sortiant. moderant pro moderantur. Pacuuius .... sortiunt. Ennius Cresfonte: an inter se' e. q. s. II Festus p. 270 M. 'redhostire — — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte ...' III Rhet. ad Herenn. II 24, 38 'utuntur igitur studiosi' (del. Kayserus, 'studiose' Halmius anal. Tull. I 17)' in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo [114—117]. Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, o nata, adficio iniuria.
Si probus est, bene locaui: sin est inprobus,
Diuortio te liberabo incommodis.'

In quibus librorum *A* (= Bamb. A) *B* (= Bamb. b) *E* (Erfurt.) *F* (Frising.) *O* (Opitz.) *P* (Par.) *T* (Tross.) *W* (Wirzeb.) *Z* (Turic.) scripturae

---

110 uinosus *Heinsius* 111 insultas *cod. Hanc participii formam uindicauit H. A. Kochius mus. Rhen. IX* 305 *sq.: cf. Ritschelii opusc. II* 715 *sq.* exsultans *edd.* 112 an inter se *libri* an inter sese *Vossius* an *fortasse* nam *uel* iam *corrigendum* 113 audi *Scaliger* audis *cod.* 114 adficior *W* afficior *uulgo* indigne *AF* 115 esse *om. uulgo priore loco, altero* threspontem esse *BO* Cressipontem *scripsi: cf. ad fr. VIII Macrobii codd. Hic priore loco* crespontem *O* chresponthe *W* chresponthem *AFP* chresphontem *BETZ* Cresphontem hominem *Vahlenus mus. Rhen. XVI* 579 Cresphontem olim *Fleckeisenus in Vahleni editione* existimabas *priore loco BOTZ, altero BO* existimaueras *uulgo* aestumaueras *Kayserus in ed. pr.* 116 huius *utroque*

Cur tálem inuitam inuítum cogis línquere?

Pater

duxí probum:

Erráui, post cognóui, et fugio cógnitum.

IV (2)

Duxít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia.

V (5)

Ego meae cum uítae parcam, létum inimico déprecer.

VI (8)

Cresphontes

Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque ínferum,

Pácem inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

hae sunt: 1 ter *W* o om. *EOPW* nuta adficio *W* iniuria afficio *B*, sed corr. m. 1 2 es *EW* bene locaui Aldina locaui *BO* bene collocaui Cauchianus conlocaui *P* collocaui *AFTZ* sin es *E* sin autem est *BFOZ* sin aut *T* collocabis inest *W* 3 diuortii *E* te libero *E* libero te *AFPW* liberabo te *BTZ* ab incommodis *T*) 'Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur, hoc modo: Nam si inprobum ... nuptiis?' (inprobum ... nuptiis om. *W*) '— duxi probum [119]. [Ergo reprehensio huiusmodi conclusionis duplex est: acutior illa superior, facilior haec posterior ad excogitandum.]' Rhetoris, non poetae esse tres illos uersus: nulla e. q. s. etiam nunc mihi persuasum est, quamuis oblocutus sit Kayserus. Eadem figura usus est Plautus in Sticho u. 129 sqq. (cf. quaest. scen. p. 353). IV Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — et in Chresponte ...' V Gellius VII (VI) 16, 10 'deprecor ... significat abigo et amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte ...' VI Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, cum quid pro eo sumitur quod inter omnis constet, quod etiam

---

loco FP²Z, altero T his *B altero* locasti *T* sine. si probus *E* sinesi *W* 117 liquere *BOPW¹* relinquere *FP²TZ* 119 errare *F* fugio nunc cognitum *BOT* 120 duxit *Scriuerius* ducit *cod.* 121 meae cum *Bothius* cum meae *libri* depc̄er *Vat.* deprecor *rell.* 122 eho tu di (*uel* dii) quibus est *priore loco BFOTZ*, *altero omnes.* studiis esse *P¹* studiis ẽ *W* studii quibus est *E* nihil studii esse *AF mg.* nil tu dii esse *P² An* scin tu, di *e. q. s. scribendum?* potestas motus *priore loco BOT*, *altero omnes.* potestas *F* potestas aut motus *T* potest aut motum *EP¹* potest at motum *W* potest aut motus *AP²* 123 pacem inter *priore loco BF¹TZ*, *altero omnes.* pacem enim inter *primae et secundae fam. codd. omnes* se *BF*

Digitized by Google

VII (4)

† o pie eam secum áduocant,
. . . . . eunt ad fóntem, nitidant córpora

VIII (6)

Neque térram inicere néque cruenta cónuestire córpora
Mihi lícuit, nec miseraé lauere lácrimae salsum sánguinem.

ERECHTHEVS

I (1)

Quibus núnc aerumna meá libertatém paro,
Quibus séruitutem meá miseria déprecor.

nunc in controuersia est, hoc modo: eho' e. q. s. 'Nam ita pro suo iure hoc exemplo utentem Cresponten Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset.' (Thesprotum primae familiae quam Kayserus habet codd. et secundae Bamb. et Emmeranus, et recepit Kayserus in ed. 2 textum. Thresponten Bamb. b) Cicero de inu. I 49, 91 'controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur, hoc modo: eho' e. q. s. VII Non. 144, 14 'nitidant, abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte ...' VIII Macrobius Sat. VI 2, 21 'Vergilius: nec te tua funera mater Produxi pressiue oculos aut uulnera laui. Ennius in Cresphonte ...' (cresiphonte Par. Cressiphonte Anglic. Med. a Salisb.)

Erechthevs immo Erectevs (Erecitevs?) I Gellius VII (VI) 16, 9 'Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus. Quibus nunc, inquit, aerumna' e. q. s. 'significat abigo et amolior uel prece adhibita uel quo alio modo.' (erictheo Vat. eritheo alii: cf. M. Hertzius ann. philoll. 1862 p. 787). Non. 290, 17 'deprecor, amolior, depello, propulso ... Ennius Eripitèo ...' (Erepiteo Leid. Geneu. Erechtheo cod. Vrsini, Muretus V. L. XIII 19).

---

124 [fidem] opiferam socium aduocant *Vahlenus* omnes s. a. *Heinsius* 125 fontem *Vrbin.* 307, *edd.* fortem *libri. Olim proposui:* eunt ad fontem, nitidant corpora, [Hóstiamque] opimam [sistunt, deos] secum [ut sint] aduocant *uel:* eunt ad f. n. c. | . . . . . [praesentiam] ópiferam deorum aduocant. *Sed possunt alia multa in litteris* o pie eam *latere, e. c.* optimam, operam, oppletam *uel* plenam, opsecrant 126 conuertere *Anglic.* corpora Mihi *Bothius* mihi corpora *exemplaria* 127 neque *Eyssenhardti codd.* salsum *om. Par.* licuit mihi miserae nec lauere lacrimis salsis s. *Vossius*, *probauit* 'lacrymis salsis' *Bentleius ad Cic. Tusc. I* 16: *atque* lacrimae salsae *scribere poterit qui* miserae *genetiuum habebit.* lauere *est* lauerunt 128 quibus *edd. ueteres Gellii* qui *codices eius.* cui *Nonius* erumna *Nonius* erumpna *Vat. Gellii* libertate para *Nonius* 129 meam *Nonius*

Digitized by Google

II (3)

Lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis.

III

arma árrigunt:
Horréscunt tela.

EVMENIDES

I (2)

[Ita] sápere opino esse óptumum, ut pro uíribus
Tacére ac fabulári tute nóueris.

II (4)

Nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem.

III (3)

Id ego aécum fecisse éxpedibo atque éloquar.

IV (5)

Dicó uicisse Oréstem: uos facéssite!

II Festus p. 162 M. 'neminis — — [Ennius] Erectheo': (teste H. Keilio Mus. Rhen. VII p. 621 Erechtheo uulgo) 'lapideo' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'neminis genetiuo casu Cato usus est, cum dixit: sunt multi corde' e. q. s. III Macrobius Saturn. VI 4, 6 'tum ferreus hastis Horret ager. horret mire se habet; sed et Ennius ... et in Erechtheo ...' (erecteo Par.) Addi possunt ex inc. nom. fr. XVII. XL. XLII. XLIII, ex inc. inc. fab. XXVI.

Evmenides I Non. 475, 1 'opino pro opinor ... Pacuuius Chryse: inueni opino esse optumum, Orestes ut heres sed tamen. Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum' e. q. s. (Orestes ... optumum om. Bamb.) Contulit Bothius Aeschyli Eum. 277 sq. λέγειν ὅπου δίκη Σιγᾶν θ' ὁμοίως. II Non. 292, 15 'exanclare, effundere.' Contulit Scaliger Aeschyli Eum. 466 sq. III Non. 505, 8 'expedibo pro expediam. Pacuuius ... expedibo. Accius Nyctegresia: cuncta expedibo ... Ennius Eumenidibus: id ego' e. q. s. IV Non.

---

130 corde multi *Festus* multi corde *Paulus* 131 argunt *Anglic.* rigent *Aldina* 132 ita *om. libri* 132 *sq.* tacere opino esse optumum et pro uiribus sapere atque *libri* tacere opino esse optumum ut pro uiribus Sapere atque *Scaliger Coni. p.* 69, *G. Hermannus* tacere opino esse optumum pro uiribus Ni sapere ac '*uir summus*' *apud Vossium* tacere opino esse optumum aut pro uiribus Sapere atque *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 18 sapere esse opinor optimum pro uiribus: Tacere ac *Bothius* 133 fabularitate *Bamb.* nouerint *Hermannus conl. Aesch. Eum.* 571 135 aecum accius fecisse *libri*: *cf. supra.* aecum ac ius fuisse *Gulielmus in Capt. c.* 5 eloquor *W*

136 Orestem: uos facessite *Bothius*, *in quibus* facessite, *ut legitur in Vrbin., praeiuit Junius. De Latina nominis* Orestem *forma*

HECTORIS LVTRA

I (17)

137 138 Nos quiéscere aequom est? nómus ambo Vlíxeum.

II (5)

Hectór ui summa armátos educít foras,
Castrísque castra iam últro conferre óccupat.

III (2)

át ego, omnipotens [Iúppiter],

306, 28 'facessere significat recedere.' Huc uidentur referenda esse quae apud Varronem de l. l. VI 61 M. leguntur: 'dico originem habet Graecam quod Graeci δικάζω. hinc Ennius: dico qui. hinc dicare, hinc iudicare.' Conicio scriptum fuisse dico uicisse. Reliqua O. Muellerus correxit. Huic uersui praemisisse uidetur Ennius inc. nom. XVIII. cf. Aeschyli Eum. 752: ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην. Ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων. Praeterea huc referenda sunt inc. nom. XIX, inc. inc. fab. LXXI et LXXII.

Hectoris Lvtra. Reddendum esse Ennio hunc titulum persuasit Bergkius ann. philoll. 1861 p. 625 sq. I Diomedes I p. 382 P. (ueteres) 'nomus dicunt pro eo quod est nouimus, ita ut Ennius in Lustris...'

II Non. 355, 15 occupare est proprie praeuenire . . . Accius Eurysace .... facere ultro in regem? idem Tereo ... Turpilius ... Ennius Haectoris listris ...' III Non. 111, 15 'fuam, sim uel fiam ... Ennius Haectoris lytris ...' (Haectoris listris W)

---

uide Ritschelium opusc. II 487 *adn.* Oresten (horestem *Vrbin.* 308) nos ab hoc facessit (facessite *Vrbin.*) *libri* Oresten: hinc facessite *uel* Orestem: hinc uos facessite *Vossius. Non commendauerim* 'Ego dico uicisse Orestem: uós ab hoc facéssite 138 quiescere *sonare* quescere *probauit Fleckeisenus ann. philoll.* 1870 *p.* 77, *idem senarium dimensus. Titulorum exempla collegit Buechelerus annall. philoll.* 1858 *p.* 69, *anthol. Lat. spec. I p.* 19: *multo plura Schuchardtius de uocalismo II* 448 *sq.* 514 *sq.* aequum (equum *Monac.*) *uulgo Interrogandi signum uulgo deest* nomus] *cf. Lachmannus in Lucr. V* 396 Vlixeum i*n septenarii clausula poni uoluit Buechelerus mus. Rhen. XV* 439, *recepit Fleckeisenus l. l.* ulixem *libri* 139 Hector ui *Mercerus* Hectore *Bas.* Haector ei *celeri libri* inducit *Bas.* foras *Mercerus* in foras *libri* 140 iam ultro conferre *scripsi.* ultro iam fere *libri*, *nisi quod* ferre *Bas. Leid. Geneu.* conferre ultro iam *Bergkius annall. philoll.* 1861 *p.* 627, *cui* conferre *merito persuaserat Vossius.* ultro inferre *Mercerus.* adultera inferre *olim conieci.* inferre iam fere *in editione Vahlenus*, *sed idem in mus. Rhen. XIV* 556 *sq. adnot. totum uersum talem:* castris castra ultro iam fere ferre occupat *reformauit.* Troiana inferre *Buechelerus*, *quod prae ceteris adrideret*, *nisi* Troiana *flagitare sibi* Achiuis *sentirem* 141 at ego] a ego *Leid.* ast ego *Bergkius*, *qui pentametrum trochaicum commendat* Iuppiter *suppleui qui olim* pater *proposueram*

Digitized by Google

Téd exposco, ut hóc consilium Achíuis auxilí fuat.

IV[a] (4. 11)

Quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?

IV[b]

Quid in cástris strepiti est?

V (12)

Saéuiter fortúnam ferro cérnunt de uictória.

VI (7)

'Ecce autem calígo oborta est, ómnem prospectum ábstulit.

* * *

. . . . dérepente cóntulit sese ín pedes.

VII (6)

Quí cupiant dare árma Achilli, cúnctent . . . . .

IV[a] Non. 489, 27 'tumulti. Ennius Haectoris lystris:' (sic W, ceteri lytris, sed in Leid. s superscr.) 'quid hoc . . . meum.' IV[b] Nonius 490, 7 'strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris: quid in castris strepiti est?' (Haectoris lytris Bamb.) Coniungi utrumque frustum uoluit G. Hermannus elem. d. m. p. 295, separauit denuo L. Mueller ann. philoll. 1868 p. 431, cui incerta in re concessi. V Non. 511, 8 'saeuiter pro saeue ... Ennius Hectoris lystris...' (Haectoris Bamb.) VI Non. 518, 18 'derepente ... Ennius Hectoris lystris ...' (Haectoris Bamb.) Cf. Homeri Il. XVI 790. 822. VII Non. 469, 25 'cunctant pro cunctantur. Accius . . . Ennius Ambracia: bene mones: tute ipse cunctato, uide fortem uirum. Idem Hectoris lytris ...' (Haectoris Bamb.)

---

142 ted *Bothius* te *libri* auxilii *libri* auxilio *Vossius* *Numeros non numeros commendauit Umpfenbachius meletem. Plaut. p.* 47 143 *iambicum octonarium discripsit Bothius, eundem rursus commendauit L. Mueller ann. philoll.* 1868 *p.* 431 qui tumulti est *Bamb.* quid hoc hic tumulti est *G. Hermannus El. d. m. p.* 295, *qui baccheos constituit* 144 strepitus est *W* 145 fortunam ferro cernunt *ne nunc quidem mutare uolui: nam si* cernere fortunam *et* cernere de uictoria *recte dici conceditur, quidni* fortunam de uictoria cernere *dicatur, quoniam multarum aliarum rerum Fortuna tenet regimen?* fortuna ferro cernunt *libri, uereor ut defendi possit.* fortuna ferri cernunt *Columna.* Fortuna ferro cernit *iam ante Machlyum ann. philoll.* 1857 *p.* 362 *Bothius.* fortuna ac ferro cernunt *Bergkius ann. philoll.* 1861 *p.* 627 146 oborta *Bamb.* aborta *ceteri libri* 147 se sese *W* pede *Bamb.* 148 cupiunt *maluit Bothius. An*

Digitized by Google

VIII (13)

Quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

IX (3)

Aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine.

X (10)

Cónstitit, credó, Scamander, árbores uentó uacant.

XI (15)

sublímiter
Quádrupedantes . . . flammam hálitantes . . .

XII (9)

. . . . ínferum uastós specus

XIII (14)

Addúcit quadrupedem ínuitam indomitam íniugem,
Euálida quoius tenácia infrenást nimis.

VIII Festus p. 270 M. 'redhostire — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte . . . et innectoris lyris . . .' (corr. Vrsinus) IX Non. 504, 32 'sonit pro sonat . . . Ennius Haectoris lystris...' X Non. 467, 31 'uagas pro uagaris ... Ennius Hectoris lytris . . .' (Hectoris lystris W, etiam in Leid. s superscr. Haectoris litris Bamb.) Contuli Homeri Il. XXI 326 sq. XI Diomedes I p. 336 P. 'halare et halitare. Ennius in Lustris ...' XII Non. 222, 33 'specus genere masculino ... Ennius Lytris ...' Cf. Homeri Il. XXIII 74 XIII Non. 407, 22 'tenacia est perseuerantia et duritia. Ennius Haectoris listris ...' (lystris Bamb.)

---

cúpiant qui? cunctent] ut ipse cunctent *libri: u. supra.* ut ipsi c. *Junius. Cogitandum uelut:* pugnam obbitere 149 quae *Vrsinus* que *cod.* comminus *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 624 cominus *uulgo* hostibit e manu *Schoellius de tetral. p.* 479. hospius manu *cod.* hostiuit e manu *Scaliger* hostiuit emanus *O. Muellerus* 150 aes *N. Faber* et *libri* haste terrae *Bamb.* 151 constitit] confluit *ms. Fabri* credo] *an* gremio? arboris *libri* uacant *Columna: cf. sat.* 13 *V.*, *Bergkius l. l.* uagant *libri* 152 sublimiter *Scriuerius* sublimiter ut *Par. B* lublime iter *Par. A* lublime item *Monac.* 153 quadrupedantis *Par. B* alitantes *Par. B* *Duorum nunc uersuum frustula discripsi, quae olim dilaceraui inter tres: in lacuna e. g.* sonipedes *interponi licet, nisi transposita* q. halitantes flammam *praeplacent.* 156 *mea*, 157 *Vahleni coniectura emendatum dedi, nisi quod hic* et ualida *scripsit* 156 *sq.* ducet quadrupedum iugo inuitam doma infrena et iuge ualida quorum tenacia (frenatia *Bamb.*) infrenari minis *libri plerique* ducet quadrupedem iugo inuitam

XIV (8)

. . . . per uós et nostrorúm [ducum]
'Imperium et fidém, Myrmidonum uígiles, commiseréscite!

XV (1)

Mélius est uirtúte ius: nam saépe uirtutém mali
Náneiscuntur: iús atque aecum se á malis sperní̇t procul.

HECVBA

I (9)

. . . . undantém salum

II (1)

O mágna templa caélitum, commíxta stellis spléndidis!

III (3)

Heú me miseram! intérii: pergunt láuere sanguen sánguine.

XIV Non. 472, 27 'conmiserescimus ... Ennius Hectoris lystris ...' (commiserescimus Bamb. Haectori listris Bamb.) XV Non. 399, 8 'spernere rursum segregare. Ennius Haectoris lytris ...' (listris W) Eiusdem fabulae fortasse fuerunt inc. nom. VIII et IX.

Hecvba I Non. 223, 23 'salum ... masculini Ennius Hecuba ...' Contulit Hermannus Eurip. Hec. 26 II Varro de l. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ...' (ecuba Flor.) Reddita his esse Euripidea Hec. 68 ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ monuit Scaliger

III Non. 224, 6 'sanguis ... neutro.' Idem 466, 26 'lauare ... uetustatis auctoritas posuit etiam polluere ...' (Eucuba Bamb. ecuba W) Idem 504, 6 'lauere inde tractum est. Ennius Telamone ... idem Hecuba ...' (Haecuba Bamb.)

---

indomitam freno ualida quoius tenacia infrenari nimis *cod. Vrsini* duce quadrupedem iugo inuitum, doma infrenum et iunge ualide: equorum tenacia infrenari minis nequit *Vaticano codice adiutus Lipsius ant. lect. V* 14 158 *sq. pentametrum trochaicum statuit Bergkius* per uos *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 787 seruos *libri plerique* useruos *Bamb.* et ũrorũ *Bamb.* et uostrum *celeri libri* ducum *addidit L. Mueller de re m.* 441, *om. libri* 159 *Integrum septenarium iam Bothius agnouerat* cõmiserescite *Bamb.* conmiserescite *celeri libri* 160 *sq. Versus quadratos agnouit et emendauit Fruterius Epist. philol. ap. Grut. V* 385 *Veris. I* 4 *ibid. II* 813 160 ius *Gulielmus Veris. III* 3, *Fruterius, Scaliger ad Varr. de re r. II p.* 74 eius *libri* 161 nascuntur *W* ecum *libri* aequum *uulgo*

163 caeli . tum *Flor.* 164 eheu *Leid. p.* 224 eu *W p.* 466 hei *G. Hermannus* miserum *libri p.* 504 *Bamb. p.* 466 labere *libri*

Digitized by Google

IV (7)

Haéc tu etsi peruérse dices, fácile Achiuos fléxeris:
Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
'Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé ualet.

V (6)

. . . . miseréte anuis:
Date férrum, qui me animá priuem!

VI (10)

Senéx sum: utinam mortem óppetam, prius quam éuenat
Quod ín pauperie meá senex grauitér gemam!

VII (5)

Vide húnc, meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

IV Gellius XI 4 'Euripidis uersus sunt in Hecuba, uerbis sententia breuitate insignes inlustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens

τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν
πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

[293—295] 'Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: haec' e. q. s. 'Bene, sicuti dixi, Ennius: sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων* satisfacere sententiae non uidentur: nam neque omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι* neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσιν*.' V Non. 474, 30 'miserete. Ennius Ecuba . . .' VI Non 494, 1 'pauperies pro paupertate.' Idem 507, 18 'euenat pro eueniat.' (Haecuba Bamb.) Columna perspexit Talthybii esse apud Euripidem 497:

φεῦ φεῦ· γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.

VII Non. 115, 33 'guttatim . . . Ennius Haecuba . . .' Mercerus comparauit Eurip. Hec. 760 *ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ;*

---

p. 224 sanguen sanguinem *W Bamb. p.* 504 sanguinem sanguine *Leid. ibidem* 165 tu etsi *Reg.* tu ק si *Bern. Magliabecch.* tua et si *Laur.* tametsi '*Lugd. uterque*' *Gron.*, *Bothius* 166 cum opulenti *Grut.* locuntur *Franeq. Bern.* loquuntur *uulgo* 167 oratio *om. Grut.* 168 anuis *Scaliger Coni. p.* 140, *qui anapaestos agnouit* manus *libri* 170 utinam moriar mortem oppetam *libri p.* 494, *nisi quod* oppoetam *Bamb.* obpetam *libri p.* 507 priquam *W p.* 507 eueniat *libri p.* 494 171 in pauperiem senex *Bamb. p.* 494 172 hunc *Mercerus* hinc *libri* quem *Mercerus* quam *libri* lacrumae] meae *Leid.*

Digitized by Google

VIII (2)

Set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
Necásset, is quo crúciatu perbíteret.

IX (8)

Quaé tibi in concubió uerecunde ét modice morém gerit.

X (4)

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

XI (Pac. inc. 41)

Seruius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem [Hec. 3] Cissei, quem Ennius, Pacuuius et Vergilius sequuntur.'

IPHIGENIA

I (1)

Agamemno

Quid nóctis uidetur in áltisono
Caelí clipeo?

Senex

superát temo

VIII Non. 153, 28 'peruitere, perire .... Ennius Hecuba ...' Cf. Euripidis Hec. 802 sqq. IX Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commodo dici uolunt ... Ennius Hecuba . . .' Hecubam loqui uidit Turnebus Adu. XXIX 29 coll. Eur. Hec. 829: ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων Χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ; X Non. 116, 28 'gratulari, gratias agere.' Praeterea huic fabulae tribuenda inc. nom. XX et XXI

Iphigenia uel Ipigenia I Varro de l. L. VII 73 M. 'Quid noctis' e. q. s. [177—180] 'Hic multam noctem ostendere uolt a temonis motu.' Ibidem V 19 M. 'itaque dicit Andromeda nocti [I] et Agamemno: in altisono caeli clipeo, cauum enim clipeum; et Ennius item ad cauationem [374]' Festus p. 339 M. '[septentriones] — — [reliquos axem dixerunt,] quod id astrum Grae[ci ἅμαξαν dicunt, idque habet] partem quan[dam temonis specie. unde ait] Ennius: supera[t ....' Apuleius de deo Socr. 2 p. 121 Oud. 'suspicientes in hoc perfectissimo

---

173 scripstis *G. Hermannus* scripsistis *libri* qui *Junius* quis *libri* 174 necasset *Junius* necassat *libri* is quo *Pontanus ad Scriuerium* quos quis *libri* quo quis *Vrbin.* 308, *Junius. an* quod is? cruciatu *Junius* cruciatur *libri* 175 tibi quae *Geppertus de pron.* 113 in cubio *Basil.* 176 gestare *Vrbin.* 307 177 altissimo *Haun.* 178 *Personas distinxit G. Hermannus in Eur. Iphig. Aul.* 8: *sola* quid

Stellás cogens etiam átque etiam
Noctís sublime iter

II (2)

Agamemno

Procéde: gradum proférre pedum
Nitére: cessas, o fíde . . ?

III (4)

Chorus

'Otio qui néscit uti', plús negoti habet,
Quám cum quis negótiosod útitur negótio.

mundi, ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus uariata caelamina.' Contulit Scaliger Eurip. Iph. Aul. 6:

Αγ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
Πρ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.

II Festus p. 249 M. 'pedum est quidem baculum incuruum, quo pastores utuntur — — — sed in eo uersu, qui est in Iphigenia Enni: procede g. p. p. n. cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proferre pedum cessas? nitere.' (cf. H. Keilius l. l. p. 623) Schol. Veron. in Verg. Ecl. 5, 88 p. 72 Keil. 'pedum . . . est baculum recuruum, quo pastores utuntur . . . ut ait Ennius in Ifigenia; gradum . . . fide. dici[tur pedum]' e. q. s. teste Arnoldo Herrmanno ann. philoll. 1866 p. 66. Contulit idem Scaliger Eurip. 137 *ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ Μηδὲν ὑπείκων.* Cicero Tusc. III 34, 57 his 'de paupertate agitur . . . . nec siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus' utrum Euripidem (16 sqq.) an Ennium in mente habuerit incertum est. III Gellius XIX 10, 11 'atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta

---

noctis uidetur? *Agamemnoni tribuit Vossius* superat[t temo] *Festus* temo superat *Varro* 179 *sq.* stellas sublime cogens (agens *Flor. Goth. Par. a b*) etiam atque etiam noctis iter *libri* stellas cogens sublime etiam a. e. n. i. *Scaliger* st. sublime etiam cogens a. e. n. i. *O. Muellerus* cogens sublime etiam a. e. n. i. *Hermannus l. l.* stellas, sublime etiam atque etiam | noctis cogens iter *Bergkius ind. lectt. aest. Halens.* 1863 *p. V* 180 noctuis itiner *Boeckhius Gr. trag. princ. p.* 279 181 *sq.* pedum, Nitere, cessas? *cum Festo Hermannus in l. l.* 138 182 o fide *schol. Veron., om. Festus* senex *addidit Bergkius Ind. lectt. Marb. aest.* 1844 *p. XII* 183 *Dimidio truncatum uersum significauit Hermannus l. l. p.* 818, *alterum incipiens his:* Plus negoti 184 quam cum est negotium in negotio *libri* quam

Nám cui quod agat ínstitutumst, núllo [quasi] negótio
'Id agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
'Otioso in ótio animus néscit quid uelit.
Hóc idem [hic] est: enim néque domi nunc nós nec mi'litiaé sumus:
'Imus huc, hinc íllue: cum illuc uéntum est, ire illínc lubet:
'Incerte errat ánimus, praeter própter uitam uíuitur.

est, id ipsum de quo quaerebatur' (uocabulum praeterpropter) 'scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoediae choro inscriptos' (scriptos?) 'esse hos uersus legimus: otio ... uitam uiuitur. hoc ibi lectum est. tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse praeterpropter et cum sententia quidem tali, quali seuerissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam uerbo quaeritur, quid sit motus huiusce uersus sensus [190]' e. q. s. Contulit Bergkius de fragm. Soph. p. 15 ex Sophoclis Iphigenia fr. 287 N. *τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή*.

---

cui est n. in nullo negotio *Bergkius l. l. p. XIV* quamde cui est n. in negotio *idem ann. philoll.* 1861 *p.* 630 otii minus quam cum est n. in n. *uel:* quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 185 *In ras., sed a pr. m., Voss.* nullo negotio *uulgo* in illo negotio *Voss. minor, quod ut glossema uocis ibi u.* 186 *eici suasit Vahlenus mus. Rhen. XIV* 565 in illo negotium *Franeq.* in illis negotiŭ *Reg. Voss. maior, in quibus* nil nisi negotium *latere Hertzio uidetur* is nullo negotio *Vossius* non nllo n. *Hermannus* is negotium *Bergkius* in diem negotium *Vahlenus in editionis praef. p. XIII* ningulo negotio *Bergkius ann. philoll.* 1861 *p.* 630, *fortasse recte.* 186 agitat *Voss.* agit *ceteri libri* 187 nescit quid factum (*uel* quidem) uelit *Vossius* hominis nescit quid uelit *Hermannus* 188 hoc idem, *om.* hic, *libri* hic itidem *olim dederam* hoc hac itidem, *om.* est, *Bothius* enim neque *Grut. m. alt.* em neque *Grut. m. pr. Voss. minor Franeq. Magl.* neque *Voss. maior* nam neque *Hermannus* hem, neque *Bergkius* 189 imus *om. Voss. maior* hunc *Reg. Voss. maior* hinc illuc *plerique libri* hinc illinc *Voss. maior* illuc hinc *Reg., probat cum I. Gronouio Hertzius* ire *om. Voss. maior* illuc *Reg., Hertzius* iubet *libri plerique omnes ut uid., olim in edd. correctum* 190 uita *Salmasius ad Solin. p.* 879 *Quibus quinque priores uersus* 183—187 *dimensus est Bergkius numeros duobus retinui* 183 *et* 187.

Digitized by Google

IV (Att. Atr. 17)

Agamemno

Quís homo te exuperáuit usquam géntium inpudéntia?

Menelaus

Quís ted autem málitia?

V (5)

Agamemno

Ménelaus me obiúrgat? id meis rébus regimen réstitat.

VI (6)

Agamemno

'Egone plectar, tú delinques: tú pecces, ego árguar?
Pró malefactis Hélena redeat, uírgo pereat ínnocens?
Túa reconciliétur uxor, méa necetur fília?

IV Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 'ira ... cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo' e. q. s. 'Nosti quae sequuntur: alternis enim uersibus intorquentur inter fratres grauissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse.' Huc reuocauerunt Duentzerus Mus. Rhen. 1837 p. 444 sq. et Bergkius l. l. p. XII cf. Dobraeus Adu. II 373 V Rufinianus de fig. sent. et eloc. § 11 p. 205 Ruhnk. (rhett. Latt. p. 41, 28 Halm.) 'aganactesis, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia ...' Haec duo fragmenta (IV et V) libere translata ex Euripideis 327 *ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός.* 328 *οὐκ ἀναισχύντου τόδε;* 331 *οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;* 384 *εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς;* VI Ibidem § 37 p. 222 Ruhnk. (rhet. Latt. p. 47, 16 Halm.) 'syncrisis siue antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego' e. q. s. Huc rettulit Columna

---

191 qui homo *Bentleius* usquam *Oxon. aliq.*, *Bentleius* umquam *celeri libri* 192 quis ted (tete *olim*) autem malitia *scripsi.* quis autem malitia te *libri* quis item m. te *Fleckeisenus*, *fortasse recte.* qui autem m. te *Bentleius* quis te autem m. *Bouherius* quis m. autem te *CFW. Mueller prosod. Plaut. p.* 387, *parum eleganter* 193 restitat *Bentleius Epist. ad Millium p.* 43 restat *exemplaria* 194 *secutus sum Porsonum tracts p.* 303, *qui* ut ego plectar, tu delinquas; tu pecces, ego arguar *duce Bentleio elegantissime scripsit.* ego proiector quod tu peccas; tu delinquas (delinquis *Rob. Stephanus*) ego arguor *ed. Basil.*, *unde* plector *eruit Pithoeus*, *quem secutus Bentleius l. l.* ut ego plectar . . . arguar *coniecit.* ergo plector ego (ergo ego plector *L. Spengelius*), tu peccas? tu delinquis, ego arguor *Fröhlichius ann. philoll.* 1864 *p.* 211. *Infelix Halmii* ego proh plector *commentum.* *In fine uersus recte distinxit Hermannus in Eurip. Iphig. Aul.* 385 196 necetur filia *Columna* negetur, filia mea *ed. Basil.*

VII (7)

Plebés in hoc regi ántistat locó: licet
Lacrumáre plebi, régi honeste nón licet.

VIII (inc. poet. 20)

Achilles

'Astrologorum sígna in caelo quaésit obseruát, Iouis
Cúm capra aut nepa aút exoritur mómen aliquod béluae.
Quód est ante pedes, noénu spectant: caéli scrutantúr plagas.

VII Hieronymus Epitaph. Nepotiani p. 598 Mign. 'prudenterque Ennius plebes, ait, in hoc' e. q. s. Huc rettulit Columna contracta ex Euripideis 446:

ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥαδίως αὐτοῖς ἔχει
ἅπαντά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἄνολβα ταῦτα.

VIII Cicero de rep. I 18, 30 laudato Ennii uersu ann. 335 'cui ... in ore semper erant illa de Iphigenia Achillis' (IFIGENIA ACHILLES cod. Achillis Maius Achillei cum Steinackero Moserus): 'astrologorum' e. q. s. Idem de diu. II 13, 30 'physicus, quo genere nihil arrogantius [201]'. Donatus in Ter. adelph. III 3, 32 'quod ante pedes modo est uidere] hoc sumpsit poeta de illo in physicum perulgato Achillae' (ancillae ante Schopenum) 'dicto: quod est ante pedes, non uidet: caeli scrutatur plagas.' Seneca de morte Claudii 8 'quid in cubiculo suo faciat nescit, et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri uult.' cf. Varro apud Nonium p. 369, 8. 382, 4 (sat. lex Maenia fr. VI R.): 'nos ádmirantes quod sereno lumine Tonuísset, oculis caeli rimari plagas.' Lacerum atque incertum Nonii testimonium p. 145, 13 'nepam quidam cancrum putant ad illud Plauti ... et illud aliud: aut cum nepa esset dubium in utroque. nam uere nepa scorpius dicitur.' Denique iuuat Platonis Theaetetum p. 174 laudare: ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. ταὐτὸν δὲ ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι. cf. Diogenes Laertius I 8, 34. In uates apud Euripidem inuehitur Achilles u. 955 sqq.

---

197 antistat *mauult Columna, recte: cf. Ritschelius opusc. II* 559 antestat *uulgo* 199 astrologorum signa *pro glossemate habet Heinrichius* quaesit *Iac. Leopardi effemeridi literarii di Roma IX* 333 *sqq., Heinrichius* QVIDSIT *cod.* quaerit *Maius in ed. sec.* opseruat: Iouis *Maius* OBSERVATIONIS *cod.* obseruant: Iouis *Naekius* 200 momen *Ad. Kiesslingius dubitanter* (*cf. quae ad Horatii a. p.* 253 = 281 *p.* 233 *sqq. adnotaui.*) NOMEN *cod.* lumen *Heinrichius* beluae *Heinrichius* BELVARVM (*m.* 2 *duplex* L) *cod.* 201 noenu spectant *Fleckeisenus ann. philoll.* 1865 *p.* 620 nemo spectat *Cicero* non uidet *Donatus*

Digitized by Google

IX (3)

Iphigenia

Acheróntem obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent.

X (XI)

Cicero Tusc. disp. I 48, 116 'Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium' (sc. sanguis) 'eliciatur suo.' (cruor pro suo Augustanus.) Vnde Bergkius l. l. senarium

204 Vt hóstium eliciátur sanguis sánguine

effecit, quem cum fr. IX coniungi iussit. Ex Euripideis huc pertinent v. 1475: *ἄγετέ με τὰν Ἰλίου καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν* et 1484 sq.

XI (X. 8)

203 . . . . quaé nunc abs te uíduae et uastae uírgines sunt

MEDEA EXVL

I (1)

Nutrix

205 Vtinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesa áccedisset ábiegna ad terrám trabes,

IX Festus p. 201 M. 'ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius — — et in Iphigenia ...' Asciuit Hermannus Euripidis u. 1375: *κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται κ. τ. λ.* XI Seruius Fuld. in Aen. I 52 'uasto pro desolato ueteres ponebant. Ennius Ifigenia ...' Cf. Euripidis u. 1335 sq. Helena incusatur. Ad eandem fabulam rettuli inc. nom. XXII—XXIV et inc. inc. fab. XI. XIII.

Medea Exvl ex Euripidis Medea expressa: Cicero de fin. I 2, 4. I Rhet. ad Herenn. II 22, 34 'hic id quod extremum dictum est satis

---

202 nunc *post* Acherontem *olim inserui* obibo *Aldina* adibo *cod.* obiacent *Aldina* adiacent *cod.* 203 quae nunc abs te sunt uastae et uiduae uirgines *Bergkius l. l. p. XV* 205—213 *Dixit de hoc loco Osannus in Anal. crit. p.* 107. *Ex magna corruptelarum farragine hic elegi quae non essent nullius momenti.*
206 *Singulari numero usurpatum* trabes *testantur Varro et Priscianus, sed fuerunt qui pro plurali haberent: itaque factum ut alii* caesa accedisset (*uel* cecidisset), *alii* caesae accedissent (cecidissent) *tradiderint.* caesa *e* (cessa *Grut. Sang.*) *f* cesa *a: Opitz.* caesae *a: plerique; bdkm* accedisset *e*, *uindicauit Fleckeisenus conl. u.* 371 *et Plauti Rud.* 8 *Poen. II* 38. accidisset *f* (cesa saccidisset *Flor.*) accedissent *a: Wirzeb.; b: Vindob.; k: Par. m.* 1

Neue índe nauis íncohandae exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argiui ín ea delectí uiri

fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est: [205—213] Nam hic satis erat dicere, si id modo, quod satis esset, curarent poetae: utinam ne era errans mea d. e. p. Medea ... saucia.' (a) Cicero de fato 15, 35 'ex hoc genere illud est Enni [205. 206] Licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor! etiam supra: utinam ne esset mons ullus Pelius! similiterque superiora repetentem regredi infinite licet. Neue inde ... coepisset. Quorsum haec praeterita? Quia sequitur illud [212. 213] non ut eae res causam adferrent amoris.' (b) Idem pro Caelio 8, 18 'quo loco possum dicere id quod ... Crassus ... paulo ante dixit, utinam ne in nemore Pelio, ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Nam numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet Medea animo ... saucia.' (c) Priscianus de metris Terent. c. 2 p. 1325 P. (II p. 423 H.) 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea (media Leid. V): [205—212] (d) Idem inst VII p. 751 P. 'trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: [205. 206]' (e) Varro de l. L. VII 33 M. 'sic dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes ... Ennius: [205. 206] (f) Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea, utinam ... Pelio, quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderint abiegnae (sic Ambros. Bern. Bamb. ceciderit abiegna uulg.) ad t. trabes' (g) Donatus in Ter. Phorm. I 3, 5 'uetus elocutio utinam ne. Ennius in Medea: utinam ne in n. P. unquam cecidissent ad t. t.' (h) Iulius Victor

---

accidissent *l: Einsiedl. Gryph.; m: plerique* cecidisset *a: Opitz; l: Sangall. d* cecidissent *a: plerique; b: Leid. A m.* 2 *B* (ce *in ras.*); *d; h* (*cf. g supra*); *i; k: plerique; m: Erlang.* cecaedissent *b: Leid. A m.* 1 abiegna *a: Opitz m.* 1; *e* (*sed* in terram abiegna); *f; l: Sang. d; om. k.* abiegnae *bdgl* abiegne *m* ad ignẽ *a: Wirzeb.* in terram *e; g: Bamb. m.* 2 *in ras.* a terram *g: Ambros. m.* 1
207 naues *a: Par. m.* 1 incohande *a: Ratisb.* inchoandae *a: plerique, sed* dae *in ras. Par. b: Salisb.* inchoanda *d* inchoandi *a: Bamb. b; b: optimi* inchoandas *a: Wirzeb.* inchoans *a: Bamb. a*
208 cepisset *a: Par. Bamb. b Tur. et Wirzeb. m. pr.; b: Erlang. d: Par. A* (*sed corr.* coepisset), *Leid. V* (*corr. ex* cepissed) caepisset *b: Leid. B* coepissent *a: Fris.* inchoandi exordium Cepisset *Manutius* 209 *sq. secundum o constituerunt Scriuerius et Halmius anal. Tull. I* 16. Argo qua uecti Argiui dilecti uiri Petebant illam pellem inauratam arietis *d* 209 quia *a: Fris. Par. A Tur. Opitz; o.* qui *a: Erf. Wirzeb.* qua *a: Bamb. ab* Argiui . . . uecti *a: in ras. Par.* in ea delecti *a: Erf.; o: Brux.* in ea dilecti *o: Gud. Reg.* in eadem lecti *a: Fris. Wirzeb. Par. in ras.* in eadem lati *a: Tur.* dilecti, *om.* in ea, *a: Bamb. b* lecti *a: Bamb. a Opitz.* uiri *a: Bamb. a post* Argiui *m.* 2 qua uecti in Aeam dilecti u. *Bergkius ann. philoll.* 1861 *p.* 634

Digitized by Google

Vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
Nam númquam era errans méa domo ecferrét pedem
Medéa, animo aegra, amóre saeuo saúcia.

c. 12 p. 237 Or. (rhett. Latt. p. 415, 33 H.) 'cum remotum quod ulterius quam satis est petitur, ut, si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.' (i) Cicero de inuent. I 49, 91 'huiusmodi est illa quoque conquestio [205 .206]: longius enim repetita est, quam res postulabat.' (k) Idem Topic. 16, 61 'illud enim est tamquam utinam ne in nemore Pelio.' (securibus ... trabes suppl. codd. aliq.) 'Nisi enim accidissent abiegnae ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis trabibus efficiendi uis necessaria.' (l) Idem de nat. deor. III 30, 75 'utinam igitur, ut illa anus optat, ne in nemore ... trabes.' (m) Idem de fin. I 2, 5 'an utinam ne in nemore nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum' e. q. s. (n) Idem Tusc. disp. I 20, 45 'etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti uiderunt et eas angustias, per quas penetrauit ea quae est nominata Argo, quia Argiui in ea dilecti uiri Vecti petebant pellem inauratam arietis.' (o) Hieronymus Marcellae uiduae epitaph. (T. I p. 48 ed. Antuerp. 1578) 'quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: 'utinam ne in nemore Pelio.' (p) Adluserunt praeterea Orosius I 12 'nolo meminisse Medeae amore saeuo sauciae'; et Phaedrus IV 7, 5 'et in cothurnis prodit Aesopus nouis. Vtinam nec umquam Pelii nemoris iugo Pinus bipenni concidisset Thessala!' e. q. s. Expressa sunt ex Euripidis Med. u. 1 sq.

εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Ξυμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας
Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος κ. τ. λ.

---

210 uecti *a: om. Erf. Tur. Bamb. a Opitz.* illam *a: Opitz. in mg.* 212 era *a: Bamb. b infra; bcd* (*nisi quod* aera *Par.*); *om. a: Fris. Wirzeb.* hera *uulgo* domo *a: om. Wirzeb.* haec ferret *b: Vindob. Leid. B* efferret (efferet *Leid. V*) *d* nunquam hera errans mea medea efferret pellem domo *a: Bamb. b* nunquam era errans mea ('*sup. lin.*') medea efferret pedem domo *Opitz.* nunquam errans medea efferret pedem *a: Fris.* nunquam mea errans medea efferret pedem domo *a: Tur.* 213 mede ‖ animo *c: Par.* aegro (*de a uide infra*) *b c: Par. Erf. Gembl. Totum uersum in a priore loco omittunt Par.* (*cuius in mg.* Medea egro amore saucia) *Bamb. a b Tur. Erf. Opitz.*, amore saeuo saucia *om. Tross. sed postea:* (*Vtinam ne era errans mea d. e. p.*) medea homodo aegro amore reuo saucia *Par. pr. m.* Medea homo aegro amore saucia *Erf.* medeas homo aegro amores reuo sautia *Wirzeb.* medea aegro amore saucia *Bamb. a Fris. Tur. Par. corr.* medea animo egra (aegra

Digitized by Google

II (2)

Paedagogus

Antíqua erilis fída custos córporis,
Quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

III (3)

Nutrix

Cupído cepit míseram nunc me próloqui
Caelo átque terrae Médeaï míserias.

IV (17)

. . . fluctus uérborum aures aúcupant.

V (10)

Medea

Quaé Corinthum arcem áltam habetis, mátronae opulentae, óptumates!

* * *

II Non. 39, 1 'eliminare, extra limen cicere ... Ennius Medea exsule ...' (Ennium et ea exule Leid.) Idem 292, 15 'eliminare est exire. Ennius Medea exule ...' Euripidis u. 49:

παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

III Cicero Tusc. disp. III 26, 63 'sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix ...' Euripidis u. 57:

ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.

IV Non. 467, 15 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo ... Ennius Medea ...' (Media Bamb.) Cf. chori u. 131 apud Euripidem:

ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοάν
τᾶς δυστάνου || Κολχίδος

V Cicero ad famil. VII 6 'desideria urbis et urbanitatis depone et quo consilio profectus es, id assiduitate et uirtute consequere. Hoc

---

Opitz.) amore saucia *Bamb. b Tross. Opitz.* *De Graeca nominis* Medea *elisione Lachmannus in Lucr. III* 374 *p.* 162 214 erilis *libri p.* 39 herilis *ms. Fabri p.* 292 edilis *ceteri libri* 215 sic te *Mercerus* sic *Bas. p.* 292 sit *ceteri libri* exanimata eliminas *Mercerus* examinata eliminas *ms. Fabri p.* 292 examinata eliminat *ceteri libri p.* 292, *om.* exanimata *Bas.* examinata elimina *libri p.* 39 217 Medeaï *Turnebus adu. XIX* 5 Medeae *libri* 218 fluctus *Junius in mg.* fructus *libri* 219 *Versus agnouit primus Angelus Politianus Misc.* 27 Corinthum *probauit Bentleius ad Cic. Tusc.*

Digitized by Google

Múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
Múlti, qui domi aétatem agerent, própter ea sunt ínprobati.

VI (4)

Medea

. . . nam tér sub armis málim uitam cérnere,
Quám semel modo párere.

VII (7)

Creo

Si té secundo lúmine hic offéndero,
Moriére.

tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medeae, quae C. a. a. habebant, m. o. optimates: quibus illa manibus gypsatissimis' (cf. Nic. Loënsis Misc. epiphyll. II 8 ap. Grut. V 306) 'persuasit, ne sibi uitio illae uerterent, quod abesset a patria: nam multi' e. q. s. 'Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus . . . et quoniam Medeam coepi agere, illud semper memento [XV].' Contulit Politianus Misc. cap. 27 Euripidis u. 214:

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμψησθ᾽· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις· οἱ δ᾽ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

quorum mentem non recte adsecutum esse Ennium monuit praeeunte Mureto uar. lect. VIII 17 Elmsleius. VI Varro de l. L. VI 81 M. 'cerno ... pro uideo ait Ennius . . . Canius . . . Ab eodem est quod ait Medea: ter' e. q. s. 'quod, ut decernunt de uita eo tempore, multorum uideatur uitae finis.' Non. 261, 18 'cernere rursum dimicare uel contendere ... Ennius in Medea exsule [222].' Idem 261, 6 'cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo: nón uides apud Ennium 'Esse scriptum, tér sub armis málim uitam cérnere Quám semel modo párere?' (Ennium Aldina in corrigendis, om. libri) Euripides u. 250:

ὡς τρὶς ἂν παρ᾽ ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ᾽ ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

VII Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec imperia [inc. inc. fab. LXXXVII] et illae minae: si te' e. q. s. Idem ad Attic. VII 26, 1 'Caesaris interdicta [224] respuuntur.' Huc rettulit Scaliger Coni. p. 60. Euripidis sunt u. 352:

I 44 Corinthi *Lambinus, G. Hermannus de metr. II* 132. *Quem inter* 219 *et* 220 *olim fuisse significaui uersum Elmsleius ad Eur. Med.* 209 *e Cicerone hunc concinnauit:* Né mihi uitio uós uortatis, á patria quod ábsiem 221 domi qui aetatem egerunt *Muretus V. L. VIII* 17, *cui senarii placuerunt, 'ueteres' pro scriptura egerunt 'libros' antestans* 222 nam *Nonius p.* 261, 18, *om. Varro* ter] te *Nonius p.* 261, 18 uitam] multa *Varro, idque bis ponit Goth.* 224 hoc *libri pro Rab.*

VIII (19)

Medea

Néquaquam istuc ístac ibit: mágna inest certátio.

* * *

Nám ut ego illi súpplicarem tánta blandiloquéntia —?

IX (20)

Medea

'Ille trauersa ménte mi hodie trádidit repágula,
Quíbus ego iram omném recludam atque ílli perniciém dabo,
Míhi maerores, ílli luctum, exítium illi, exiliúm mihi.

εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονὸς,
θανεῖ.

VIII Cicero de nat. deor. III 25, 65 (post magnam lacunam) 'Nequaquam' e. q. s. '[226. 227]' (interpolata hic in archetypo codicum optimorum uidetur quaestio 'an Niobe?' nam addunt niobe Leid. B niobem Leid. A Erlang. An iobem Pal. In iouem, suprascr. niobem Leid. C ni orbem Vindob., om. Glogauiensis.) 'parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud uero quam callida ratione! [inc. inc. fab. XC] qui est uersus omnium seminator malorum. [IX] Hanc uidelicet rationem, quam uos diuino beneficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [inc. inc. fab. XCIII.] Huic ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.' Euripidis u. 365:

ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες κ. τ. λ.
368 *δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε*
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

IX Cicero de nat. deor. III 25, 66 (cf. VIII.) Euripides u. 371:

ὁ δ' ἐς τοσοῦτον μωρίας ἐφίκετο,
ὥστ', ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἐφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω κ. τ. λ.
398: *πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,*
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.

---

226 is tacebit *Leid. C* istą . ibit (*erasa una litt.*) *Leid. B* ista ibit *Leid. A Vindob.* (isthaec *m. ead. in mg.*) 227 illis *libri*, *sed cf. Eur. Med.* 368 228 trauersa *libri* transuersa *uulgo* mi *Osannus Anal. crit. p.* 118 mihi *uulgo* 229 pernitiem *Leid. A* permiciem *corr. in* perniciem *Vindob. De hac forma post Kochium exercitt. critt. et Bergkium ephem. antiq. XIII* 300 *disputauit Corssenus symb. critt.* 266 *sqq.*, *et nuperrime nouam doctrinam protulit Bergkius symb. ad gramm. Lat. I p.* 154 *sqq.* 230 exitum *Leid. AC Pal. Vindob. m.* 1

Digitized by Google

X (12)

Medea

Quo núnc me uortam? quód iter incipiam íngredi?
Domúm paternamne ánne ad Peliae fílias?

XI (18)

Iason

Tú me amoris mágis quam honoris séruauisti grátia.

XII (14)

Sol, quí candentem in caélo sublimát facem

XIII (11)

Medea

. . . saluete, óptima corpora!
Cétte manus uestrás measque accipite!

X Cicero de orat. III 58, 217 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce: quo' e. q. s. Haec Gracchum apud Ciceronem de orat. III 56, 214 et apud Quintilianum XI 3, 115 et ipsum Ciceronem pro Mur. 41, 88 imitatos esse post alios Langius Vind. p. 34 animaduertit. Medeae uerba agnouit Columna. Euripidis sunt u. 502:

νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;

XI Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris' e. q. s. 'Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! Atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet, se coniugem habuisse [inc. inc. fab. XCV.]' Cf. Euripidis u. 530:

ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

XII Non. 170, 10 'sublimare, extollere. Ennius Medea ...' Cf. Euripidis u. 764: *ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς.*

XIII Non. 85, 1 'cette significat dicite uel date ab eo, quod cedo ... Ennius in Medea ...' Euripides u. 1069:

δότ', ὦ τέκνα,
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.

---

231 uortam *Abrinc.* uertam *ceteri* 232 paternam domumne *Erl. b et a, sed in hoc corr. m.* 1 ad Peliae] appellare *cum aliis Abrinc. Erl. b* 233 seruauisti *Cratandrina* seruasti *libri optimi* 234 sublimas *Columna recte, ut uidetur* 235 optima pignora *H. Stephanus, quod placuit Vossio et Osanno Anal. crit. p.* 120 o pia pignora *L. Mueller de re m.* 416, *qui non agnouit dactylos.*

XIV (6)

Iúppiter tuque ádeo summe Sól, qui res omnís spicis,
Quíque tuo [cum] lúmine mare térram caelum cóntines,
'Inspice hoc facinús, prius quam fíat: prohibesseís scelus!

XV (13)

Qui ípse sibi sapiéns prodesse nón quit, nequiquám sapit.

XVI

'Vtinam ne umquam, Méde, Colchis cúpido corde pédem extulisses!

XIV Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 16 Keil. 'similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus: Iuppiter' e. q. s. 'nam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet.' Euripides u. 1251:

ἰὼ Γᾶ τε καὶ παμφαὴς
ἀκτὶς Ἀελίου, κατίδετ' ἴδετε τὰν
ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

XV Cicero ad famil. VII 6 (cf. V) Idem de off. III 15, 62 'haec igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius nequiquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. Vere id quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret.' Sententia Euripidis est fr. 897 N.: *μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.* XVI Non. 297, 16 'efferre significat proferre ... Ennius Medea ...' Elmsleius comparauit Euripidis u. 314 *σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἔπλευσας Μαινομένᾳ κραδίᾳ.* Inserenda praeterea huic fabulae sunt inc. nom. XXV, inc. inc. fab. XCIV, fortasse etiam LXXXVII. LXXXIX. XC. XCI (LXXXVIII?).

---

237 *sq. Numeros agnouit Vossius, creticos inelegantissimos finxit Osannus l. l. p.* 123 237 qui res omnis *libri, nisi quod* omnes *Par.* qui omnis res *H. Keilius* res qui omnes *Vossius* res omnes qui *Porsonus* spicis *Vahlenus mus. Rhen. XIV* 566 inspicis *libri* 238 tuo cum lumine *idem l. l.* tuo lumine *libri* lumine tuo *Porsonus* obtutu luminis *Buechelerus* maria *Porsonus* contues *Vossius* quique maria terram caelum contines tuo lumine *Fleckeisenus ante L. Muellerum de re m.* 420 239 hanc *Vossius* fiat *uulgo* fit *libri* prohibesseis *Fleckeisenus* prohibesse et *Par.* prohibesse *Vat.* prohibessis *Bothius* prohibe *Eynatius* hoc prohibe *Vossius* 240 qui ipsús sibi Sapiéns *Columna* qui ipsí sibi Sapiéns *Spengelius ad Caec. p.* 8 241 Mede *nominis formam uindicauit Meinekius conl. Euphorionis uersu qui in illius anal. Alex. p.* 45 *legitur.* Colchis *Lipsius epist. quaest. IV* 19 cordis *libri*

Digitized by Google

MEDEA

(Med. 9)

Asta átque Athenas ánticum, opulentum óppidum
Contémpla et templum Céreris ad laeuam áspice.

MELANIPPA

I (3)

Certo híc est nulla . . quin monstrúm siet:
Hoc égo dico tibi ét coniectura aúguro.

II (2)

mihi
Auscúlta, nate: púeros iube cremárier.

III (1)

. . . . regnúmque nostrum ut sóspitent
Supérstitentque.

IV (5)

Lúmine sic tremulo terra et caua caerula candent.

V (4)

. . . . . . cum sáxum scicíderit.

Medea Non. 470, 3 'contempla . . . Ennius Medea: asta . . . contempla.' Varro de l. L. VII 9 M. 'in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Ennium in Medea: contempla' e. q. s. 'contempla et conspicare idem esse apparet.'

Melanippa. Cf. Cicero de off. I 31, 114. I Non. 469, 5 'auguro . . . Ennius Melanippo . . .' (augurio Bamb. Menalippo W Bamb. Melanippa Columna. cf. C. Keilius Spec. onomatologi Gr. p. 37 sqq. O. Iahnius in Gerhardi ephem. archaeol. 1867 p. 39.) II Non. 246, 11 'auscultare est obsequi . . . Ennius Menalippa . . .' III Non. 176, 2 'sospitent, saluent.' Idem 170, 14 'superstitent, saluent.' (Menalippa W p. 176) IV Macrobius Sat. VI 4, 7 'splendet tremulo sub lumine pontus: tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Melanippe . . .' V Priscianus X p. 890 P. 'scindo, scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi profere-

---

242 astu *proponit Columna* atq. atq. *Bamb.* anticum *Rothius* antieum *libri* antiquum *uulgo* opulenteum *Leid. Bamb.* 244 nulla *Leid. Bamb.* nullum *ceteri libri* nullum dubium *Bergkius l. l. p.* 72 *An:* nulla mater? 245 tibi dico *libri* 246 mi *Vossius* nata *Bergkius l. l.* 248 iube cremarier *uel* cremitari iube *Bothius* cremari iube *libri* 249 ut *om. libri p.* 176 *Fortasse uno uersu* regnúmque nostrum sóspitent supérstitent 252 sciscideri *Reg.*

VI (6)

Gellius V 11 'inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est . . . qualis ab Q. Ennio 'in Melanippa' (sic Rott. Vat.) 'perquam eleganti uocabulo stata dicitur . . . Ennius autem in ista quam dixi tragoedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent.'

NEMEA

I (1)

Teneór consipta, undíque uenor.

II (2)

Pecudí dare uiua maríto

PHOENIX

I (6)

. . stultust, quí cupita cúpiens cupientér cupit.

II (1)

Séd uirum uirtúte uera uíuere animatum áddecet

bant . . . Ennius in Melanippa: cum s. s.' (in melanippa om. Sang. in e imlanippa Reg. in menalippa Bamb. Bern. in menelāpa Carolir. in melāpa Grut.) Gellius VI (VII) 9, 16 'praeterea inueni a uerbo scindo simili ratione non sciderat sed sciciderat dictum esse. L. Accius . . . Ennius quoque [in Melanippa: cum s. s.] Valerius Antias' e. q s. Suppleuit Iac. Gronouius. Melanippae esse suspicatus sum etiam inc. nom. XXXIV.

Nemea I Non. 183, 14 'uenor, circumuenior. Ennius Nemea . . .' (menea, sed corr. ut sit nemea, W Medea Bentinus) cf. Pauli Festus p. 62 M. 'consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.' II Priscianus V p. 659 P. 'hic et haec et hoc pecus. Ennius in Nemea . . .' (Neinea Sang. Nemia Grut.) 'Potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam: aquila maritus uel rex auium.'

Phoenix (immo Poenix: cf. Charisius ad fr. V) I Non. 91, 8 'cupienter, cupidissime . . . Ennius Foenice . . .' II Gellius VI (VII)

---

254 consipta *Vossius ex Paulo* concepta *W* consepta *ceteri libri* 255 pecodi *Sang.* peculi *Carolir. m.* 1 uiua *deteriores codd.* uiuā *Bern. alt. m. corr.* uiuam *ceteri omnes ex M. Hertzii apparatu*, *nisi quod Halberst. 'quid habuerit dinosci' nequit.* maritus *add. Reg. m.* 2 pecudi dare Viuám marino *Grotius Bibl. crit. nou. IV* 256 stultust *Vossius* stultus est *libri* cupida *libri* 257 uirtute uera *Bothius* uera uirtute *libri* addecet *uulgo* adiecit *Val. Reg.* adieč *Rott.*

Digitized by Google

Fórtiter, noxá vocare aduérsus aduersários.
'Ea libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstitat:
'Aliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent.

III (7)

Plús miser sim, sí scelestum fáxim quod dicám fore.

IV (8)

. . . . tún potuisti crédere? —
[Mélius exacue] átque exerce línguam, ut argutárier
Póssis.

17, 10 (de significatione uocabuli, quod est obnoxius) 'iam uero illud etiam Q. Enni . . . quod scribit in Phoenice in hisce uersibus . . .' III Non. 507, 22 'faxim, fecerim. Ennius Fenice . . .' (Foenice Bamb.) IV Non. 245, 25 'argutari dicitur loquacium pro loqui. Ennius quoenice tum tu isti credere atque exerce linguam' e. q. s. (quo enim coetum mss. Vossii quem cetum Vrbin. 308 Choenice: tum Turnebus Adu. XXIX 20 Phoenice: tum Mercerus Ennius exerce linguam mediis om. Basil.)

---

258 fortiter *Rott.*, *Grotius Bibl. crit. nou. IV*, *Bergkius ann. philoll.* 1861 *p.* 630 fortiterque *ceteri libri* noxa uocare *Bergkius*, *quod recepi*, *cum olim sententiam*, *non textum restituere liberius* (*insertis* aperte pugnare) *conatus sim.* innoxium uocare *Rott. Vat.* innoxium uacare *ceteri libri* noxa uacantem *Grotius* in noxis uadere *prop. Vahlenus.* obnixum uadere *in optionem dedit Bergkius l. l. Plenum locorum indicem*, *ubi de formis* uocare uociuos uocuos *uiri docti nostra aetate disseruerunt*, *Ritschelius in nou. exc. Plaut. I p.* 59 *sq. contexuit.* aduersum *Rott. Vat. Reg.* uiuere Animatum fortiter aduersu' aduersarios, *uerbis* adiecit fortiter, cum innoxium uocaret *pro glossemate habitis*, *Scriuerius* uiuere animatum addecet Fortiterque eum (*uel:* Emque fortiter) uacare aduersus aduersarios *Vossius* u. a. a. Fortiterque innoxium uacare ad aduersarios *Bothius* 259 ea libertast, si qui *Acidalius in Stich. c.* 6 260 obnoxiosae *Acidalius* obnoxio se *Reg.* obnoxise *Rott.* obnoxie *Vat.* obnoxiae *ceteri* obnoxiae res aliae in obscuro latent *Scriuerius* aliae res obnoxiae hosti n. in o. l. *Vossius* 261 sim *Delrio* sum *libri* scelestum *edd. ante Mercerum* scelestim *libri* 262 tum tu (tui *Vrbin.*) isti *libri* tutum isti *Bothius* crede *Turnebus Adu. XXIX* 20 crede te *M. Hauptius Herm. II* 216 *octonarium iambicum uerbo* argutarier *claudens addita interpretatione hac:* '*fortiter agendi magistrum sequere*, *non argute dicendi. quodsi tamen loquendi potius quam faciendi praestantiam adpetis*, *tum te isti committe.*' *Ego retinui quae fabulae conuenire persuasum est. Interposuit inter u.* 262 *et* 263 *Vahlenus inc. inc. fab. CXV*, *quod ex hac fabula sumptum esse suspicatus eram.* 263 melius exacue *om. libri* exercere

V (2)

Quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit.

VI (4)

Saéuiter suspícionem férre falsam fúttilum est.

VII (5)

'Vt quod factum est fúttile, animi uós feratis fórtiter.

VIII (3)

'Ibi tum derepénte ex alto in áltum despexít mare.

TELAMO

I (10)

Telamo

'Ego deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum,
Séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus:
Nám si curent, béne bonis sit, mále malis, quod núnc abest.

V Non. 512, 8 'duriter pro dure ... Ennius Foenice ...' (In Bamb. nihil extat praeter duas uoces extremas) Charisius p. 178 P. 'duriter. Terentius in Adelphis ... ubi Acron: secundum antiquorum, inquit, consuetudinem. Nam et Ennius in Phoenice ...' (poenice cod., quod ex antiquis libris manasse statuit Th. Hug Ennii ann. fragm. p. 16) VI Non. 511, 5 'saeuiter pro saeue ... Ennius Fonico ...' (Foenice Bamb.) VII Non. 514, 13 'futtile, futtiliter. Ennius Foenice ...' VIII Non. 518, 5 'derepente ... Ennius Foenicae ...' (Phenice Bamb.) His addi possunt inc. nom. XXVI et inc. inc. fab. CXVII

Telamo I Cicero de diu. II 50, 104 'an noster Ennius? qui magno plausu loquitur assentiente populo [269. 270]. Et quidem cur sic opinetur, rationem subicit. Sed nihil est necesse dicere quae secuntur: tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit.' Idem de nat. deor. III 32, 79 'Telamo autem uno uersu totum locum conficit, cur di homines neglegant [271].' Idem de diu. I 58, 132 (cf. II)

Vrbin. 308 linguam *Basil.* lingua *ceteri libri* 265 tibi quam *Geppertus de pron.* 113 266 suspitionem *Bamb. Cf. Fleckeisenus Mus. Rhen. VIII p.* 225 *sqq., quinquaginta artic. orthogr. p.* 30, *sed contra Corssenus symb. crit.* 15 *sq. et additam.* 50 *sq., item Bergkius Philol. XXVIII* 448, *cui respondit Brambachius mus. Rhen. XXIV* 539, *sed non ut huius scripturae ueritatem persuaserit.* futtilum *Leid.* futilum *ceteri libri* 267 futile *Bamb.* animi *scripsi.* amici *libri* uos feratis *ed. pr.* uos fueratis *libri plerique* non fueramus *Palat.* nos feramus *ed.* 1480

Digitized by Google

II (11)

Séd superstitiósi uates ínpudentesque árioli,
Aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
Quí sibi semitám non sapiunt, álteri monstránt uiam,
Quíbus diuitias póllicentur, áb eis dracumam ipsí petunt.
[De hís diuitiis síbi deducant drácumam, reddant cétera.]

III (3)

Móre antiquo audíbo atque auris tíbi contra utendás dabo.

IV (1)

Scíbas natum ingénuum Aiacem, cuí tu obsidioném paras.

V (2)

Nam íta mihi Telamónis patris, aui Aéaci et proauí Iouis
Grátia ecstet átque hoc lumen cándidum cláret mihi

II Cicero de diu. I 58, 132 'nunc illa testabor, non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa ariolentur ... agnoscere. Non habeo denique nauci Marsum augurem, non uicanos aruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum. Non enim sunt hi aut scientia aut arte diuini, sed superstitiosi' e. q. s. 'Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante uersibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus.' Ennianos uersus demum a uerbis 'sed superstitiosi' incipere intellexit Bothius III Non. 506, 1 'audibo pro audiam. Ennius Telemone ...' IV Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone quom ait ...' V Non. 85, 23 'claret, clara est uel clareat ... Ennius Telamone ...'

---

272 sed *utrum Ennii sit an Ciceronis*, *dubitari potest* 273 aut insani, quibus *Hermannus Opusc. VII* 379 275 dracumam: *cf. Ritschelii opusc. II* 469 *sqq.* dracmam *Leid. A* dragmam *Leid.* B^2 *Vindob. Erl.* drachmam *Leid.* B^2 *Versum* 276 *non potui mihi persuadere ab Ennio potius prioribus adiunctum quam lectoris alicuius lasciuia confictum esse* drachumam *Leid.* AB^1 *Vindob. m.* 1 dracmam *Vindob. m.* 2 dragmam *Leid.* B^2 *Erl.* drachmam *uulgo* 277 atque *Bamb.* neque *ceteri libri* utendos *Bamb.* tu ibi c. u. dato *L. Mueller ann. philoll.* 1867 *p.* 495 *praeter necessitatem* 279 Telamonis patris, aui Aeaci *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 73 Telamonis patris atquefaci *libri* T. p. facies *Grotius* patris Telamonis facies *Hermannus* 280 gratia ea est *libri* gratia adsit *uel* astet *Buechelerus*, *qui uidit* claret *coniunctiuum esse* gratia grata est *Grotius* grata est gratia *Hermannus*

Digitized by Google

VI (6)

Eándem me in suspícionem scéleris partiuít pater.

VII (5)

Deín senis me fácere pietas, cíuium porcét pudor.

VIII (4)

Stráta terrae láuere lacrumis uéstem squalam et sórdidam

IX (7)

'Abnuebunt

TELEPHVS

I (8)

Regnúm reliqui saéptus mendicí stola.

II (4)

Palám mutire plébeio piáculum est.

III (7)

Caédem caueo [hŏc] cúm uestitu, squálida saeptús stola.

VI Non. 475, 25 'partiret pro partiretur ... Ennius Telamone ...' VII Non. 160, 4 'porcet significat prohibet ... Ennius Telamone ...' VIII Non. 172, 20 'squalam pro squalidam.' Idem 504, 3 'lauere inde tractum est.' IX Diomedes I p. 378 P. 'uerum apud ueteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octauo annalium: certare abnueo' e. q. s. 'item in Telamone ex eo futurum abnuebunt.'

Eiusdem fabulae est inc. inc. fab. XLV, fortasse etiam inc. nom. XXVII et LXII.

TELEPHVS immo TELEPVS I Non. 537, 25 'stolam ueteres non honestam uestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeret. Ennius Telefo [III] idem in eadem: regnum' e. q. s. II Festus p. 145 M. 'mutire, loqui. Ennius in Telepho ...' Paulus p. 144 M. 'mutire, loqui. Ennius ...' Phaedrus III epil. 34 'ego quóndam legi quam puer sententiam Palám ... est, Dum sánitas constabit pulchre meminero.' Contulit Welckerus ex Euripidis Telepho fr. 701 N. *μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, Εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.*

III Non. 537, 25 (cf. I) Festus p. 329 M. '[squalidum in]cultum et

---

281 in me *Delrio* 282 dein senis me *Hermannus* deum me sentit *libri, etiam Bamb., quod uix defendas interpretando 'stimulat' (cf. Plauti Capt.* 860) deum me incendit *Lipsius Epist. quaest. IV* 19 deum me sancit *Bergkius l. l.* deum defendit *Ad. Kiesslingius. An* dein me senicis? 283 trac *suprascr.* er *Leid. p.* 172 terra *Bamb. Leid. p.* 504, *Hermannus* labere *libri p.* 504 lacrimis *libri p.* 172 squalem *W p.* 172 squalidam *libri p.* 504 284 abnuebant *Par.* 285 septus *libri* mendici *Leopardus Emend. VIII* 24 medici *libri* 286 plebeio est piaculum *elegantius futurum esse monet Her-*

IV (6)

. . qui illum dí deaeque mágno mactassínt malo.

V (1)

. . . . uérum quorum líberi letó dati
Súnt in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

VI (2)

Et cíuitatem uídeo Argiuum incéndere.

VII (3)

Deúmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

VIII (5)

Te ipsum hóc oportet prófiteri et próloqui
Aduórsum illam mihi.

THYESTES

I (2)

Sét me Apollo ipsús delectat [láctat] ductat Délficus.

II (7)

Sed sónitus auris meás pedum pulsu íncrepat.

sord[idum — — — — unde Ennius] in Telepho: quam ue .... stola.' Cf. Euripidis Teleph. fr. 698 N. *πτώχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβὼν ῥάκη Ἀρκτήρια τύχης.* (?) IV Non. 342, 15 'mactare malo adficere significat ... et Ennius Telefo ...' Contulit Geelius de Telepho Eur. p. 26 Euripidis Tel. fr. 718 *κακῶς ὄλοιτ' ἄν* (*ὀλοίατ'* Dobraeus). *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.* V Non. 15, 12 'enoda significat explana ... Ennius Telefo ...' VI Non. 429, 4 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas incolae ... Ennius Telefo ...' VII Non. 490, 12 'itinér pro iter.' VIII Non. 232, 25 'aduorsum rursum apud significat ... Ennius Telefo ...' Praeterea ad hanc fabulam reuocaui inc. nom. XXVIII. XXIX, inc. inc. fab. XIV—XVII.

Thyestes immo Tvestes acta ludis Apollinaribus a. 585: Cicero Brut. 20, 78. I Non. 97, 32 'delectare, inlicere, adtrahere. Ennius Theeste ...' (Thertensi ms. Iunii Thyeste edd. Thoeeste olim scriptum fuit.) II Non. 255, 25 'crepare, ferire.'

---

mannus Epit. p. 59 287 cedo et caueo cum uestitus *Nonius* quam ue — *Festus* (quom *scriptum fuit*) caedem cauco uestitu *Geelius* septus *Bamb.* 288 hercle *suppleri posse monet Kiesslingius* dii *libri* 291 incendier *Aldina* 292 de *om. W* 293 profiteri *cum longa uocali* o *cum non mutauisset Lachmannus in Lucr. I* 778, *defenderunt Umpfenbachius meletem. Plaut.* 46, *Vahlenus mus. Rhen. XVI* 582, *Ritschelius nou. exc. Plaut. I* 54 te ipsum profiteri oportet hoc *Geelius* 295 ipse *libri* spe *Buechelerus, fortasse recte* lactat *om. libri*

Digitized by Google

III (8)

Ibi quíd agat secum cógitat parát putat.

IV (9)

Quemnám te esse dícam, qui tárda in senécta —?

V (5)

299 300 'Impetrem fac ílle ab animo ut cérnat uitalem ábigeum.

VI (6)

Sín flaccebunt cónditiones, répudiato et réddito.

VII (1)

'Aspice hoc sublímen candens, quem ínuocant omnés Iouem.

III Non. 369, 25 'putare, animo disputare ... Ennius Thyeste ...' IV Cicero orat. 55, 184 'quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse uideatur oratio ... quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, uelut ille in Thyeste [298] et quae sequuntur: quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima.' cf. Varronis sat. περὶ ἐξαγωγῆς (fr. IV p. 195 R.) apud Non. 336, 27 'quemnám te esse dícam, ferá qui manu' e. q. s. V Non. 261, 15 'cernere, iudicare ... Ennius Thyeste ...' VI Non. 110, 15 'flaccet, languet, deficit .... Ennius Thyeste ...' VII Festus p. 306 M. 'sublimem' (immo sublimen) 'est in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeste ...' Cicero de nat. deor. II 2, 4 'quid enim potest esse tam apertum ... cum caelum suspeximus ... quam esse aliquod numen ... quod ni ita esset, qui potuisset adsensu omnium dicere Ennius: aspice' e. q. s. Ibidem 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: aspice' e. q. s. Ibidem III 4, 10 'primum fuit, cum caelum suspexissemus, statim nos intellegere, esse aliquod numen, quo haec regantur. Ex hoc illud etiam: aspice' e. q. s. Ibidem 16, 40 'sit sane deus ipse mundus. Hoc credo illud esse sublime' e. q. s. Apuleius de mundo c. 33 p. 363 Oud. 'Romanus etiam poeta sic sensit: aspice' e. q. s. Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 11 Keil. 'Ennius: aspice' e. q. s. Contulerunt Euripidis inc. fab. fr. 935 N. ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα κ. τ. λ. τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

297 cogitet *W Leid.* 298 senecta *Lachmannus* senectute *libri: ante uocalem ferri potuit.* 300 fac ille *Vahlenus mus. Rhen. XVI* 579 facile *libri* facite *Delrio* abigeum *scripsi.* babium *libri* halitum *Iunius in mg.* 'abigeus ἀπελάτης' *gloss. Labbaei.* 'abigeus, *qui seducit seruum alienum uel pecus' gloss. Hildebrandi, item Vaticanum A. Mai auct. class. VI* 501 *Praemissum huic uersiculo Vahlenus l. l. suspicatur posse tale quid:* utinam quod te oro, Iuppiter *fuisse, cum ipse olim* impetrem, [Di inmortales,] facite *coniecissem.*
301 sin *Gulielmus in Plauti Capt. c.* 5 in *libri* 302 sublimen *Verrius Flaccus ut uidetur, Apulei ms. Benedictinus, Scaliger ad Varr. de re rust. p.* 235 *ueteres Apulei libros antestans: cf. Ritschelius opusc. II* 463 *sq., qui sane nec Klotzio (ad Terenti Andriam p.* 197 *sqq.) nec W. Wagnero (transactions of philol. soc.* 1869 *p.* 15) *persuasit.* sub lumine *mss. Vossiani Apulei* sublime *Festi cod., Apulei*

Digitized by Google

VIII (10)

Thyestes

Nolíte, hospités, ad me adíre: ilico ísti:
Ne cóntagió mea boní umbraue óbsit.
Tánta uis scéleris in córpore haeret.

Alius

Quidnam ést, obsecró? quid te adírier abnútas?

IX (4)

Heú heu, mea Fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

X (3)

. . . . quám mihi maximum hódie hic contigerít malum.

VIII Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'qualis enim tibi ille uidetur [inc. inc. fab. LVII]? Iouis iste quidem pronepos. Tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit [303—305]. Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Idem de orat. III 41, 164 'nolo esse uerbum angustius id quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum: [306]. melius esset uetas prohibes absterres: quoniam ille dixerat ilico ... obsit.' IX Non. 90, 15 'conglomerare, inuoluere, superaddere. Ennius Tithe ...' (thyete Vrbin. 307 Thyeste ante Mercerum) X Non. 268, 12 'contingere, euenire ... En-

Florentinus, *Probus*, *Ciceronis libri*, *nisi quod* suplime *Leid. B* supplime *Pal. de n. d. II* 25, 65 cadens *Vind. de n. d. III* 4, 10, *mss. Voss. Apulei* inuocant *corr. ex* inuocat *Leid. B de deor. nat. II* 2, 4 uocant *Festus et Probus* 303 *sqq. baccheos agnouit Bentleius* adire *Gud. in rasura* ilico *Lagom.* 3 13 35 36 93 illico *eadem manu compunctum Gud. in Tusc.* illico *uulgo* isti *Pith. Monac.* ista *tres Oxon.* istinc *duo Oxon. Gud. b Tusc.*, *Wesenbergius Emend. Cic. Epist. p.* 124 istic *cum ras. Bern.* istic *Gud. Reg. Brux. in Tusc. Baitero teste*, *Abrinc. Erl. de or.* istim *Bouhierius* istic, Ne . . . obsit, Stetis. tanta *Lachmannus in Lucr. III* 880 305 Meo tanta uis sceleris in corpore haeret *Bentleius*, *cui adsensit Wesenbergius. Ipse olim extremo uersu* meo *addidi*, *ut tetrameter creticus fieret;* uobis *praemittit Seyffertus. Sed fortasse nullo opus est additamento*, *si quidem post creticum dimetrum ditrochaeum posuit poeta.* 306 quid *Abrinc. Erl. b* quod *Lagom. aliq.* adirier *Vahlenus* adiri *plerique libri* abire *Abrinc. Erl. b de or.* adiri tam *olim conieci. An* quid te abnutas adiri *uerum est?* renutas *Bentleius* 307 heu heu *Vossius* heu *Vrbin.* eu *ceteri libri* eheu *Lachmannus in Lucr. I* 360 glomeras *W Vrbin.* 308 quam mihi maxime hic hodie *libri* quam maximum etsi hic mi hodie *Bothius* 2. *An* quom mihi *e. q. s.?*

Digitized by Google

XI (11. 12)

Thyestes

'Ipse summis sáxis fixus ásperis, euísceratus,
Látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro,
Néque sepulcrum, quó recipiat, hábeat portum córporis,
'Vbi remissa humána uita córpus requiescát malis.

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I (Achill. 5)

Vlixes

Quís ibi non est uúlneratus férro Frugio? . . .

nius Tyeste ...' XI Cicero Tusc. disp. I 44, 107 'execratur luculentis sane uersibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc sane; talis enim interitus non est sine graui sensu; illa inania [309. 310] Non ipsa saxa magis sensu omni uacabunt quam ille latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quae essent dura, si sentiret, nulla sunt sine sensu.' (quam essent dura si sentirent nulla sine sensu Gud. Reg. Brux. quae ut essent dura, si sentirentur, nulla sine sensu sunt Bentleius, cf. Wesenbergius Emend. II p. 32, qui nunc ante nulla desiderat.) 'Illud uero perquam inane: [311. 312]. Vides quanto haec in errore uersentur: portum esse corporis et requiescere in sepulchro putat mortuum, magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.' Idem in Pisonem 19, 43 'Thyestea est ista execratio poetae uulgi animos, non sapientium mouentis: ut tu naufragio expulsus uspiam saxis fixus asperis euisceratus latere penderes, ut ait ille, saxa ... atro.' (Verba ut tu naufragio expulsus uspiam Ciceroni rescripsit Bentleius, Enniana poesi in breuius, ut uidetur, ab illo contracta. Quod scholiasta Vaticanus illis naufragio expulsus uspiam adscripsit 'uersus Ennii', Halmius Garatonio adsentit, qui superiore aliquo Ennianae fabulae loco talia legi potuisse censuit.) Non. 405, 3 'spargere, madefacere. Lucilius lib. XVIIII: [310]' quae aut traducta sunt a Lucilio aut librariorum turbis perperam eius nomine afferuntur. 'Thyesteas preces' tangit Horatius epod. V 86, ubi cf. schol. Praeterea eidem fabulae tribui possunt inc. nom. XXX. XXXVII—XXXIX, inc. inc. fab. LVII.

Inc. Nom. Rel. I Cicero pro Rosc. Am. 32, 90 'multos caesos non ad Trasumenum lacum, sed ad Seruilium uidimus. Quis ibi non est u. f. F.' Schol. Gronou. in Cic. l. l. 'ferro Frugio] in Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare noluit: quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Vlixes uulneratus

309 *sqq. numeros constituit Bentleius* 311 sepulchrum *libri* 313 ibi non est *Cicero* enim *scholiasta* phirgio *Helmstad.* phrygio *ceteri Cic.* Brugio *Ennium scripsisse iam Osannus anal. crit.* 15 *monuit conl. Cic. oratore* 48, 160 (fr. VII)

Digitized by Google

II (inc. auct. 9—12)

Eurypylus

O Pátricoles, ad uós adueniens aúxilium et uestrás manus
315 Petó, prius quam oppetó malam pestem mándatam hostilí manu.

* * *

318 Neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere.

* * *

320 Si quí sapientiá magis uestra mórs deuitarí potest.
316 Namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus:

inducitur et fugiens ad Achillem uenit. Cum interrogaretur ab Aiace' (Achille Bergkius ind. lect. Marburg. aest. 1844 p. XII), 'cur fugisset, ille ut celaret dedecus: quis enim' (non add. Schuetzius) 'uulneratus ferro Frugio?' Referunt ad Achillem fabulam: mihi monenti etiam in Herculis lutris haec locum habere potuisse adsensit Vahlenus. II Cicero Tusc. disp. II 16, 38 'quin etiam uidemus ex acie efferri saepe saucios ... at uero ille exercitatus et uetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens a quo obligetur, o Patricoles, inquit, ad uos adueniens ... accedi. Certe: Eurypylus hic quidem est. Vbi tandem luctu conturbatur? Homi-

---

314—325 *Traditum uersuum ordinem, quem sic a poeta profectum esse mihi non persuasit Maehly ann. philoll.* 1857 *p.* 361, *tamen lacunis inter hiantia interpositis nunc retinere malui quam in transpositionis et additamentorum audacia qua olim usus sum perseuerare. nam ordine uersuum qualem numeris adpositis significatum legis constituto et u.* 317 *expleueram insertis* sét trementi génua lassa cóncidunt *et post* 318 *totum uersum interpolaueram hunce:* itaque húc dolore cónsternatus tárdos gressus cóntuli. 314 Patricoles *libri optimi, probauit Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. IX conl. Frontone p.* 19, 4 *ed. Naberianae* Patrocles *Bern. cum plerisque* 315 oppeto *Gud. Reg. Brux. plerique ceteri, probauit Wesenbergius* oppetam *Bern. m. alt., unus Oxon. Leid.* mandatam *libri* datam *Bentleius* oblatam *CFW Mueller prosod. Plaut.* 124 318 neque *libri plerique* nec *unus cod. Dauisii* seu *Bentleius* poti' pacto *Bentleius* 320 si qua *codd. aliq.* seu *unus cod. Dauisii, Bentleius. Quadruplici modo numeris succurrere conatur CFW Mueller prosod. Plaut.* 124 *scribi iubens uel* si qui sapientia magis uestra euitari mors potest *uel* si qui sapientia magis mors uestra euitari p. *uel* si qui uestra sapientia magis mors deuitari p. *uel* si qui uestra sapientia magis deuitari mors p. *Olim proposuerat* deuitari mors *Bentleius* 316 namque *libri plerique* nam *Bentleius ex cod. Dauisii* aesculapii *Gud. Reg. Brux. in Tusc.* 317 potis *Bothius* potest *libri*

317 Non pótis accedi.

* * *

321 qui álteri exitiúm parat,
Eum scíre oportet, síbi paratum péstem ut participét parem.

* * *

Patricoles
Elóquere eloquere rés Argiuum proélio ut se sústinet.
Eurypylus
Non pótis ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit.

* * *

325 'Vbi fortuna Hectóris nostram acrem áciem inclinatám [dedit]

nem exercitum uide quam non flebiliter respondeat' (Certe Eurypylus hic quidem est hominem exercitum ubi tantum luctus continuatur libri, nisi quod exercitatum Bern. et alii codd. boni teste Orellio. luctum continuatus Reg. Gud. Brux. Verba certe ..., exercitum Patroclo dedit Bentleius, item deleto est Tischerus. certe Eurypylus hic quidem. heu exercitum, Vbi tantum luctus continuatur! ut Patrocli uerba placuerunt Seyfferto. Me in separandis poetae uerbis secutus Vahlenus Ciceronis cola ultima sic conformauit: hominem exercitum! ubi tandem luctus continuat. uide e. q. s. Alii alia protulerunt rudia, obscura, incommoda.) 'rationem etiam adferat, cur aequo animo sibi ferendum sit: qui alteri ... parem. Abducet Patricoles, credo, ut conlocet in cubili, ut uolnus obliget. si quidem homo esset, sed nihil uidi minus.' (sic Victorius: uidimus libri.) 'Quaerit enim quid actum sit: eloquere ... suppetit. Laberis' (sic Bentleius. laboris libri): 'quiesce igitur et uolnus alliga.' (Laberis ... alliga: tace Patroclo tribuit Bentleius. Laboris. Pa. ..... quiesce et uolnus alliga Hermannus Opusc. V 143 Laboris. Pa. Tu quiesce igitur et uolnus alligauero Bergkius l. l. laboris poetae, reliqua Ciceroni ascribunt editores plerique.) 'Etiam si Eurypylus posset, non posset Aesopus: ubi fortuna' e. q. s. 'et cetera explicat in dolore.' Idem orat. 46, 155 'itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat: patris mei meum factum pudet, pro: meorum factorum, et: texitur, exitium examen rapit, pro: exitiorum, non dicit liberum ... sed ut isti uolunt: neque tuum umquam in

---

322 oportet] opus est *Bentleius*, *uariare hoc loco Dauisii cod. testans*, *quamquam certam scripturam assequi non potuerit.* paratum *Bentleius* paratam *libri* 323 eloquere eloquere *Gud. Brux. Reg.*, *sed in hoc alterum del.* eloquere, *semel*, *ceteri libri* eloquere propere *Bergkius l. l.* Argiuorum *Bentleius* 324 non potis ecfari *Dauisius* non potest ecfari *Brux.* non potest haec fari *Gud. Reg.* tantum *om. Bentleius* 325 acrem *om. duo Oxon.*, *Bentleius, defendit Bergkius*

Digitized by Google

III (41)

éo ego ingenio nátus sum:
Aéque inimicitiam átque amicitiam ín frontem prómptám gero.

IV (31)

Meae tám potis pacis potíri

V (Hect. lytr. 16)

Hectór, qui haud cessat óbsidionem obdúcere.

VI (5)

Crássa puluis óritur, omnem péruolat caelí fretum.

gremium extollas liberorum ex te genus. Et idem: namque Aesculapi liberorum. At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Accius [inc. fab. V].' Non Attii, ut G. Hermannus opusc. V 142 uoluit, cui Lachmannus in Lucr. I 778 adsensit, sed Ennii ex Achille, ut uidetur, uersus esse cum ipsa Ciceronis uerba docent tum genetiui Hectoris u. 325 mensura: cf. Attii inc. fab. XXXVI, Ennii u. 92 sq.
III Gellius XIX 8, 6 'inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit: eo, inquit, ingenio' e. q. s. Nonius p. 129, 26 'inimicitia numero singulari. Ennius ...' Cf. Homeri Il. IX 312 ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. Nam ex Achille haec quoque uidentur sumpta esse. IV Festus p. 360 M. 'antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut — Ennius: ille meae' e. q. s. (Conieceram Ennius Achille: meae, quod parum ueri simile dicit Bergkius l. infra l., quia in toto hoc Festi articulo fabularum nomina nulla indicentur.) V Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone — item alio loco: Hector' e. q. s. Achilli fabulae tribui possunt; item fr. VI. VII VI Non. 205, 28 'fretum ... masculini ...'

---

l. l., qui recte ab integro uersu narrationem fecit exordiri: cf. Ritschelius nou. exc. Plaut. I 71 dedit *om. libri* 326 ego *om. Gellius* 327 aeque inimicitiam atque amicitiam] amicitiam odo inimicitiam *Leid. Nonii* amicitiam atque inimicitiam *ceteri* fronte *Grut. Palat. Gellii Vt seruaret quae tradita sunt Fleckeisenus in epist. ad M. Hertzium data (de poetarum apud Gellium fragmentis) p.* 46 *per octonarios anapaesticos decurrere statuit, qui meis quidem auribus parum placent.* 328 illae meae tam *cod.: u. supra.* illa me Tam *Hermannus ad Eur. Hec. p.* 156 *conl. Eur.* 277 *Anapaestos hosce* illé meae tam | numquám potis pacis potiri *proposuit Bergkius symb. ad gramm. Lat. I* 118: *et dimetrum anapaesticum hunc* meae tám potis p. p. *ipse nunc agnosco, qui olim duorum senariorum frustula distribui.* 330 qui *cod.* quidem *uulgo. An* que?

Digitized by Google

VII (36)

. . . . . uí patefecerúnt Bruges.

VIII (10)

hehae! —

'Ipse clipeus cécidit.

IX (Pac. Med. 8)

335 . . . tueor té senex? pro Iúppiter!

X (Ai. 2)

Aiax

336 337 [Hoc] lúmen iubárnest quod ín caelo cérno?

XI (11)

Salmácida spolia síne sudore et sánguine

VII Cicero orat. 48, 160 'Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum; ui p. B., non Phryges: ipsius antiqui declarant libri.' Quintilianus I 4, 15 'sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena.' VIII Varro de l. L. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium ...' Anonymus de dubiis nominibus in Keilii gramm. Latt. uol. V p. 574 'clipeus, gen. masc., ut Ennius: cecidit clipeus.' Patricolis caedem in Hectoris lutris narrari Achilli statui conl. Homeri Il. XVI 803. IX Varro de l. L. VII 12 M. 'tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud: tueor' e. q. s. (ennii illud Par. a enim illud Goth. Haun. enĩ illud Flor. illud Par. b) Priamo Achillem in eadem fabula dicere conieci. X Varro de l. L. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata ... Ennius: Aiax' (Ennii Aiax Vahlenus in editione, Ennianus Aiax idem mus. Rhen. XVI 578, ualde quidem probabiliter.) 'lumen' e. q. s. (a) Ibidem VI 81 M. 'cerno idem ualet: itaque pro uideo ait Ennius: lumen' e. q. s. (b) Ibidem VII 76 M. 'aliquod lumen' e. q. s. 'iubar dicitur stella Lucifer, quase in summo' (cf. Lachmannus in Lucr. II 291) 'quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam.' (c) Et hoc et sequens fragmentum ad Aiacem rettuli. XI Festus p. 329 M. 'Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset,

332 Fruges *Viteb. Dresd. Eins. Cic.* pate fecerunt *dispescuit Vahlenus: cf. Lachmannus ad Lucr. III* 906 335 iupiter *Flor.*
336 *sq. Olim antecedentem uersum* Aiax *uocatiuo clausi*, *sed u. supra* hoc *addidi* lumen iubarne in caelo cerno *b et a*, *nisi quod ibi in omnibus praeter Haun.* iubarne *legitur.* aliquod (aliquot *Goth.*) lumen iubarne in caelo cerno *c* aliquod lumen | — iubar ánnest? — in caelo cerno *anapaestos proposuit Vahlenus mus. Rhen. XVI* 579 338 Salmacida spolia *Scaliger Lect. Auson. I* 28 *cf. Turnebus Adu. XXVIII* 39 Salmacid aspolla *cod. Festi* Salmaci da spolia *uulgo* sudore et sanguine *Cicero* sanguine et sudore *Festus*

XII (42)

Is habét coronam uítulans uictória.

XIII (Neopt.)

Neoptolemus

340 Phílosophari est míhi necesse, at paúcis: nam omnino haút placet.

XIV (inc. inc. fab. XXXVI)

342 Ardúa tesca aspera sáxa tuor.

uitio impudicitiae mollesceret. Ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque uiolandarum, quia non patet refugium. Ennius ...' Cicero de off. I 18, 61 'itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: uos enim iuuenes animum geritis muliebrem, illa uirgo uiri' (cf. Lachmannus in Lucr. IV 211) 'et si quid eiusmodi: Salmacida' e. q. s. XII Pauli Festus p. 369 M. 'uitulans, laetans gaudio, ut pastu uitulus.' Alexandro tribuit Hartungus Eurip. rest. II 238. XIII Cicero Tusc. disp. II 1 'Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari ... sed non paucis, ut ille. — Sed tamen in uita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt.' (a) Idem de orat. II 37, 156 'ac sic decreui philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet.' (b) Idem de rep. I 18, 30 'magis eum delectabat Neoptolemus Enni, qui se ait filosofari uelle, set paucis: nam omnino haud placere.' (c) Gellius V 15, 9 'Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait: philosophandum est paucis: nam omnino haud placet.' Ibidem 16, 5 'eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.' (d) Vnde olim talem uersum: dégustandum ex eá, non in eam ingúrgitandum cénseo adiunxeram ad 340, sed aegre desideratur philosophiae nomen ad quod ea pronomen referri possit: itaque nunc Mercklino concessi, qui in annall. philoll. supplem. III 668 Gellio haec relinquenda esse censuit. Apuleius de magia c. 13 p. 415 Oud. 'ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari.' (e) Cf. Platonis Hippias maior p. 286 B. Tribui posse Andromachae fabulae monui in quaest. scen. p. 258. XIV Festus p. 356, 23 M. secundum Vaticanum R teste Mommseno in comm. acad. Berolin. a. 1864 p. 64 'templa antiqua tesca esse ait cuero' (i. e. 'Cicero uero') 'aspera difficilia aditu. Ennius: ardua aspera saxa tuos.' secundum Vrsinum: 'templa antiqua | [deum. Cicero u]ero aspera difficilia aditu | [dixit cum ait lo]ca aspera saxa tesca tuor.' Cf.

339 is *fortasse eiciendum.* habet is *Scriuerius* 340 philosophari est mihi necesse, at *Vossius, cf. a.* philósophandum est, sed *Bothius ex d* mihi phílosophandum est *Dauisius* aut *Laur. Gellii* haud *ceteri* 342 *olim* loca ego aspera saxea tesca tuor *edideram, e quibus* saxea *debebam O. Muellero. An* ardua saxa aspera tesca tuor?

XV

. . . . áger oppletus ímbrium
Frémitu

XVI (46)

. . . . et quís illaec est, quae lúgubri
Súccincta est stola?

XVII (70)

O térra Traeca, ubi Líberi fanum ínclutum
Maró locauit!

XVIII (Eum. 1)

Aréopagitae quía dedere aequám pilam

Paulus 'tesca loca augurio designata. Cicero aspera ait esse et difficilia.' Scaliger haec temptauerat: 'templa quidam explicauere aspera difficilia aditu. Attius: loca' e. q. s. Enniana, quae olim inter incerta incertarum fabularum latuerunt, possunt fuisse ex Andromeda XV Seruius in Verg. Ge. I 12 'frementem] quod ueteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius: ager' e. q. s. (Extant in Leidensi). Et hoc et sequens fr. referri potest ad Andromedam XVI Non. 198, 1 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . .' XVII Varro de l. L. V 14 M. 'locus est, ubi locatum quid esse potest. Vt nunc dicunt conlocatum, ueteres id dicere solitos apparet . . . apud Ennium: o terra' e. q. s. His Eumolpi patriam in Erechtheo salutari potuisse conieci. XVIII Varro de l. L. VII 19 'Ennii . . . Areopagitae ab Areopago: is locus Athenis.' (hermi Par. b Ennii ceteri libri.) Ex Eumenidibus sumpta sunt.

---

347 treca *Flor. Haun. Par. c* Thraeca *Fleckeisenus: cf. quinquag. artic. de orthogr. Lat.* 30 *sq.* trecha *Goth.* tēca *Par. a* trita *Par. b* Threca *Gulielmus Veris. I* 19 347 *sq.* inclutum Maro '*in margine exemplaris Spanhemiani in bibliotheca Regia Berolinensi asseruati.*' *cf. Schneiderus uita Varr. p.* 240, *O. Muellerus comm. addend. p.* 299 in ciuium maro *Goth. Haun.* in ciuium mæro (*sic*), *corr.* muro, *Med. teste Wilmannsio* in ciuium muro *Par. a* in ciuium moero '*Par. b, ut uid., et c fort.*' *O. M.* inclutum, *om.* muro, *Gulielmus l. l.* o terra tritaui, in cuius moero Liberi Fanum-locaui *Scaliger* 348 locaui *libri* 349 Areopagitae quia dedere aequam pilam *scripsi.* Areopagitae quid (quod *Haun.*) dedere (debere *Par. a*) quam pudam (*haec duo uocabula om. Goth. Haun.*) *libri* Areopagiticam ea de re uocant petram *Scaliger* Areopagum inde qui dixere eam petram *Vossius* Areopagitae qui edidere aequom palam *Bothius* Areopagitae quidem dedere aequam pugnam *O. Muellerus et inserto* ei *post* dedere *Fleckeisenus.* pilam *suffragium est: cf. Asconii argum. Milon. p.* 40, 19 *Or. Propertius V (IV)* 11, 20. *Et praecessisse hunc u. in Eumenidibus ipsi uersui* 136 *conicio.*

Digitized by Google

XIX (19)

Apollo

Sibi únde populi et réges consilium éxpetunt,
Summárum rerum incérti, quos ego ópe mea
Ex incértis certos cómpotesque cónsili
Dimítto, ut ne res témere tractent túrbidas.

XX (Hec. 18)

Nimiúm boni est, cui níl malist . . . .

XXI (Hec. 11)

Extémplo acceptam mé necato et fíliam.

XXII (58)

. . . fauent faucíbus russis

XIX Cicero de orat. I 45, 199 'quid est enim praeclarius, quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui ciues consilium expetant' e. q. s. (expectant Erl. b, i. e. supplementum ueteris recentius. Deest hic locus in Erl. uet.) In Eumenidibus uidentur dicta fuisse: cf. Aesch. Eum. 29 sqq. 614 sqq. **XX** Cicero de fin. II 13, 41 'non enim, si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene uiuendum. Hoc dixerit potius Ennius ...' Publilius Syrus 430 W.: 'nimium boni est in morte cui nil sit mali', in quibus uerba in morte non cum antecedentibus, sed cum sequentibus coniungenda sunt. Muretus Var. lect. V 13 monuit quadrare Euripidis ex Hecuba u. 627 *κεῖνος ὀλβιώτατος Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.*

XXI Varro de l. L. VII 13 M. 'etiam indidem illud Enni ... extemplo enim est continuo.' (Enni Scaliger enĩ Flor. enim ceteri libri) Contulit Bothius ex Euripidis Hecuba u. 391 *ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε* **XXII** Cicero de diu. II 26, 57 'cur ante lucem

---

350 *Populorum regumque concursum Ennius fortasse pluribus exornauerat, ut dubia sit fides huius uersus primum a Bothio eruti ex Cicerone* unde sibi populi et reges *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 20 unde sibi ciues omnes *Bothius* 351 summarum *Lagomarsiniani omnes* suarum summarum *Gud. b Erl. b* suarum *ceteri libri* ope mea *Reisigius Coniect. in Aristoph. p.* 72 mea ope *libri* 352 ex *libri, quod seruare nunc tutius duxi, quamquam uerum non arbitror: olim pro supposui.* 'x *Hermannus Opusc. II* 275 354 nihil est mali *libri.* nimium boni est profecto cui *Hermannus ad Eur. Hec.* 621. *Explebis uersiculum scribendo* nimium b. est cui nil mali sit in diem. 355 acceptam *Vossius, praelaturus tamen* arreptam. acceptum *libri* necato *Scaliger* negato *libri* filiam *Bothius* filium *libri* *Dicendi figuram illustrauit Langius Vind. p.* 50 356 gallique *supplendum uidetur, ac fortasse in ante-*

Cantú, plausuque premúnt alas.

XXIII (51)

Eós reduci quám relinqui, déuehi quam déseri
Málui.

XXIV (64)

'Animus aeger sémper errat: néque poti neque pérpeti
Pótis est . . . . . . cúpere numquam désinit.

XXV (2)

'Vt tibi Titánis Triuia déderit stirpem líberum

XXVI (Enn. Med. 16 inc. auct. 15)

Néque tuum umquam in grémium extollas líberorum ex
té genus.

galli canant . . . qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent' e. q. s. Pertinere conieci ad anapaestos qui Iphigeniae initio canebantur (cf. I et II), facta ad exemplar Euripideorum u. 9 *οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης* et 156 *ἴθι λευκαίνει κ. τ. λ.* XXIII Diomedes p. 441 P. 'homoeoteleuton ... ut apud Ennium: eos' e. q. s. Charisius IV p. 251 P. 'homoeoteleuton . . . ut: hos' e. q. s. Donati ars gramm. p. 1774 P. (gramm. Latt. IV 398 K.) 'homoeoteleuton . . . ut: eos' e. q. s. Ad Iphigeniam rettuli. XXIV Cicero Tusc. disp. III 3, 5 'at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. Hoc enim ipso' (sic Bakius. 'hi enim ipsi' codd.) 'odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger, ut ait Ennius, semper' e. q. s. Cf. u. 190 XXV Varro de l. L. VII 16 M. 'Ennius: ut tibi' e. q. s. 'Titanis Triuia Diana est' e. q. s. Medeae tribuit O. Muellerus conl. Euripidis u. 714:

οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.

XXVI Cicero Orat. 46, 155 'itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat [44] ... et [51] ... non dicit liberum, ut plerique loquimur ... sed ut isti uolunt: neque tuum' e. q. s. ... 'At ille alter in Chryse ...

---

cedenti uersiculo nocte silenti *uel simile noctis indicium fuit.* raucis *uel* rauis *coni. Hottingerus* 357 cantus *Leid. AB Vindob. m. pr.* cantu *datiuum esse post Rathium et Fr. Iacobsium intellexit Foertschius quaest. Tull. II* 8 lausuque *Leid. A Vindob. m. pr.* 358 hos *Charisius* te duci *Diomedis Monac.* deduci *Par. AB* reuei *Donati Santen. m. pr.* quam relinqui *om. Diomedis libri* quam relinquere *Donati Santen. m. pr.* (*scriptumne* relinquei *fuit?*) deuihi *Diomedis Monac.* deuei *Par. A, Donati Santen. m. pr.* deserit *Diomedis Monac.* 359 maluit *Diomedis Par. B* 360 poti] pati *libri* 361 potis est] potest *libri* 363 neque tuum *Gud. c* neque tu *ceteri libri* neue tu *Fleckeisenus*, *sed cf.* 311

Digitized by Google

XXVII (Telam. 12)

Quí sui quaestus caúsa fictas súscitant senténtias

XXVIII (9)

Sí uoles aduórtere animum, cómiter monstrábitur.

XXIX (13)

. hómo, qui erranti cómiter mostrát uiam,
Quasi lúmen de suo lúmine accendát, facit:
Nihiló minus ipsi lúcet, cum illi accénderit.

XXX (Hec. 12)

. . . pol míhi fortuna mágis nunc defit quám genus.
Námque regnum súppetebat mi, út scias quanto é loco,
Quántis opibus, quíbus de rebus lápsa fortuna óccidat.

Atqui dixit Accius . . .' Amyntora in Phoenice fabula hoc filio inprecari coniecit Bergkius mus. Rhen. 1835 p. 73 conlatis Homeri Il. IX 455 uerbis *μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.* XXVII Cicero de diu. I 40, 88 'atque etiam ante hos Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri neque eorum similes, ut apud Ennium est . . .' In Telamone post u. 274 inseri uoluerunt Vossius et Hermannus. XXVIII Varro de l. L. VII 89 M. 'apud Ennium: si' e. q. s. 'comiter: hilare ac lubenter.' Et hoc et sequens fr. ex Telepho potest excerptum esse. XXIX Cicero de off. I 16, 51 'omnium autem communia hominum uidentur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest [366—368]' Deinde 52: 'sed quoniam copiae paruae singulorum sunt, eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo, uulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: nihilo minus ipsi lucet.' Idem pro Balbo 16, 36 'comes benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur: qui erranti comiter monstrat uiam, benigne, non grauate.'
XXX Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat: pol' e. q. s. 'Quid?

---

364 factas suscitam *Vindob. m. pr.* 366 ut homo *Basil. Oehl. Iambice* homó *Ennium uel semel protulisse non credo.* comiti (*corr. ex* comiter) *Ambros.* communiter *Bern. c* (*cf. pro Balbo*) mostrat uiam *Ambros. Bern. b* monstrat uiam *Herbipol. Bern. ac* uiam monstrat *Bamb.* monstrant uiam *pro Balbo Gemblac.* 367 quasi lumen de suo lumine *libri optimi*, *Lachmannus in Lucr. II* 719 quasi de suo lumine lumen *Bern. c Oehl.* 368 quod nichilominus *Bern. c* ut nichilo minus *Oehl.* ut nihilo minus *Basil.* ipsi lucet *libri infra.* ipsi luceat *supra Ambros. Bamb. Herbipol. Bern. bc* ipsi ut luceat *Bern. a* ut ipsi luceat *Reg. Lall.* 370 mi *Grotius Bibl. crit. nou. IV* mihi *libri* 371 lassa *Vind. a Mon. b* occidat *Rehd. Vind. a Mon. a*, *quinque Oxon.* accidat *Gud. Reg. Pith. Bern. alii*, *quod propter u.* 206 *mutare nolueram.*

Digitized by Google

XXXI

Qui témpla caeli súmma sonitu cóncutit

XXXII (49)

Labát, labuntur sáxa, caementaé cadunt.

XXXIII (68)

caéli ingentes fórnices

XXXIV (39)

375 Cúr quod in me est éxsecrabor hóc quod lucet, quícquid est?

XXXV (XXXVI. 12)

378 Flágiti princípium est nudare ínter ciuis córpora.

huic calix mulsi inpingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta [89]' Thyestem monui intellegi et cum inc. inc. fab. LVII coniungi posse. XXXI Terentius Eun. III 5, 42 'tabulam quandam pictam: ibi inerat pictura haec, Iouem | Quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. | Egomet quoque id spectare coepi: et quia consimilem luserat | Iam olim ille ludum, inpendio magis animus gaudebat mihi, | Deum sese in pretium conuertisse, atque in alienas tegulas | Venisse clanculum per pluuiam fucum factum mulieri. | At quem deum! qui templa' e. q. s. Donatus ad l. l. 'sonitu concutit] παρῳδία de Ennio. templa caeli] sententia tragica, sed de industria, non errore.' XXXII Non. 196, 30 'caementa ... feminini Ennius ...' XXXIII Varro de l. L. V 19 M. 'a chao choum, hinc cauum et hinc caelum ... et Ennius item ad cauationem' ('ua ... tionem' erasis tribus litteris Flor.: fuit ergo 'uastationem'): 'caeli i. f.' Cicero de orat. III 40, 162 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: caeli i. f. Quamuis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.' Derisus igitur Ennius imaginis audaciam ut defenderet dicitur sphaeram spectatoribus ad comparandum in scaenam attulisse. Cf. Osannus Anal. crit. p. 136 Hermannus ad Eur. Hec. p. 167 XXXIV Cicero de nat. deor. II 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: [302] planius quam alio loco idem: cur quod' e. q. s. Cf. Hartungus Eurip. rest. II 53. Fortasse Melanippa dixit. XXXV Cicero Tusc. disp. IV 33, 70 'bene ergo Ennius: flagiti' e. q. s.

---

372 sonitu] nutu '*elegantius*' *uidetur Bentleio* 373 labuntur *edd.* lababuntur *libri* caementae *Iunius* caementa *libri* 375 cur *Reg. Cantab.* cui *optimi libri* qui *Gulielmus* Cur? quod . . . exsecrabor *Dauisius* cui . . . exsecrabor *Schoemannus idem uideri dicit quod* cui . . . consecrabo hoc quo *Gulielmus* licet quidquid est (*corr. eadem m.*) *Vind.* 378 flagitii *Gud. Reg. Brux.*

XXXVI (XXXVII. 15)

Quém metuunt, odérunt: quem quisque ódit, periisse éxpetit.

XXXVII (XXXVIII. 17)

'O Fides alma ápta pinnis, ét ius iurandúm Iouis!

XXXVIII (XXXIX. 14)

. . . . núlla sancta sócietas
Néc fides regni ést

XXXIX (XL. 24)

. . . . út uos uostri líberi
Défendant, pro uóstra uita mórti occumbant óbuiam.

XL (XLI. 6)

. . . quin índe inuitis súmpserint perdvéllibus

XLI (XLII. 25)

Paréntem et pa[triam, dí, seruate] sóspitem!

XXXVI Cicero de off. II 7, 23 'praeclare enim Ennius ...' Fortasse Atreo haec in Thyeste opponebantur. XXXVII Cicero de off. III 29, 104 'nam praeclare Ennius ...' Apuleius de deo Socr. c. 5 p. 132 Oud. 'nam et ius iurandum Iouis iurandum dicitur, ut ait Ennius.' (Iouis iurandum om. Flor. cum aliis). Ariolando haec quoque et fr. XXXVIII ad Thyestem rettuli. XXXVIII Cicero de off. I 8, 26 'quod enim est apud Ennium: nulla' e. q. s. 'id latius patet.' Idem de rep. I 32, 49 'concordi populo ... nihil esse inmutabilius, nihil firmius ... itaque cum patres rerum potirentur, numquam constitisse ciuitatis statum. Multo iam id in regnis minus, quorum, ut ait Ennius, nulla [regni] sancta societas nec fides est.' (uel quoniam scribendum pro quorum uel regni omittendum Maio uidebatur. FIDESTEST cod.) Conferri iubet Manutius Lucani Phars. I 92 XXXIX Seruius in Aen. II 62 'occumbere morti: nouae locutionis figura et penitus remota. Ennius ...' Contuli ex Euripidis Erechtheo fr. 362, 14 *ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν, Ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.* XL Varro de l. L. VII 49 M. 'apud Ennium: quin' e. q. s. 'perduelles dicuntur hostes.' XLI Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum: sic] — — En[nius in ...... parentem' e. q. s.

---

379 odere *ex Goth. Heusingerus* perisse *codices Baiteri* cupit *Bern. c* 380 pennis *Bamberg. m. 2*, *Bern. c* 381 societas sancta *Bern. c* 384 occumbant obuiam *Cass.* occumbant fortiter *uulgo* occumbant, *om.* obuiam, *Fuld.* 385 quin inde *Flor. Par. a* quoius inde *Goth.* quius inde *Haun.* quod inde *Par. b* quid unde *Turnebi cod.* uindictam *Scaliger. Coniecimus ego* quom *uel* qui ius, *Buechelerus* qui uim de uictis; *et* uictis *iam Scaliger proposuit. De* v *consonante in uoce* perdvellibus *dixit Lachmannus in Lucr. II* 661 386 *Vncis inclusa in cod. non apparent.* et patriam,

Digitized by Google

XLII (XLIII. 45)

. . . uiuam an móriar, nulla in me ést metus.

XLIII (XLIV. 18)

Amícus certus ín re incerta cérnitur.

XLIV (XLV. 16)

Bene fácta male locáta male facta árbitror.

XLV (XLVI)

Múlierem: quid pótius dicam aut uérius quam múlierem?

XLVI (XLVII. 34)

. . . . indúta fuit saeuá stola.

XLVII (XLVIII. 8)

Telis ílli mater

Chthoniam in Erechtheo haec et sequentia (fr. XLII) dicere potuisse conieci. XLII Pauli Festus p. 123 M. 'metus feminine dicebant. Ennius: uiuam' e. q. s. Festus p. 286 M. 'recto fronte . . . Cato . . . antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque . . . nulla metus.' cf. Paulus p. 60 u. corius; Festus p. 150 u. malo cruce. XLIII Cicero Lael. 17, 64 'quamquam Ennius recte . . .' XLIV Cicero de off. II 18, 62 'nam praeclare Ennius . . .' XLV Rutilius Lupus I 12 p. 43 Ruhnk. (rhett. Latt. ed. Halm. p. 8, 19) 'diaphora: hoc schema est, cum uerbum iteratum aliam sententiam significat ac significauit primo dictum. Id est huiusmodi . . . Item in Enni uersu: mulierem' e. q. s. Sic Halmius secundum Meinekium, qui Enni uersus correxerat, aliena manu haec e margine illata suspicans. item uniuersum codices. Similia Graecorum poetarum dicta sunt multa: Sophoclis Epigon. fr. 188 N., Theodectae Alcmeon. fr. 1 (p. 622 N.), Euripidis Hecub. 1178, ex Phoenice fr. 805, Melanippa fr. 497, Stheneboea fr. 670, Carcini e Semela fr. 3 p. 620 N. XLVI Seruius in Aen. I 4 'saeuam dicebant ueteres magnam, ut Ennius: induta' e. q. s. 'i. e. magna.' Cynthius Cenetensis in Aen. I 4 (A. Mai auct. class. VII 327) 'saeuus dicitur crudelis, prosper et magnus. Ennius: induta' e. q. s.
XLVII Varro de l. L. VII 87 M. 'lympha a nympha, ut quod apud Graecos Θέτις, apud Ennium: Thelis illi mater.' Conferri iubet Tur-

---

di seruate *Scaliger* et patriae, di seruate *Vrsinus* et patrem, di seruate *O. Muellerus. aut* et patriam di seruarunt *aut* et patriae et mihi seruauit *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 20 *Senarium agnouit Vossius* 387 nulla *ablatiuus est aduerbiali significatione ut* nequaquam, *nam in annal.* 537 metus ullu tenet *scribendum puto.*
389 beneficia *Bern. c. Palat.* 390 *Versum agnouit Meinekius, etiam Froehlichius* (*ann. philoll.* 1864 *p.* 204), *qui tamen non Ennii restituit nomen, sed* multiuiram mulierem *priorem senarium claudere uoluit* 391 fuit *Seruius* est *Cynthius: an* indutast? 392 Thelis *Turnebus* Thetis *Flor. Haun.* ea Thetis *cod. B*, *lacuna in Goth.* erat Thetis *Spengelius*

Digitized by Google

XLVIII (XLIX. 3)

Vócibus concíde: faxis . . musset óbrutus.

XLIX (L. 32 inc. com. 13)

Ad eum áditauere.

L (LI. 59)

. . . . festíuum festinánt diem.

LI (LII. 69)

. . . . . cúbitis pinsibánt humum.

LII (LIII. 35)

. . . . ímprimitque genaé genam.

LIII (LIV)

[Nám] flammam sapiéns facilius óre in ardente ópprimit,
Quám bona dicta téneat.

LIV (LV)

Quíquam quisquam quícquam quomquam quídque conueniát neget?

nebus Adu. XXIII 16 Varronem de re rust. III 9, 19 'quod antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam uocabant.' XLVIII Varro de l. L. VII 101 M. 'apud Ennium: uocibus' e. q. s. 'mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt.' Cf. Seruius in Aen. XII 657 'Ennius mussare pro tacere posuit.' XLIX Diomedes I p. 336 P. 'item adeo adis. hoc iteramus adito aditas dictitantes, ut Ennius: ad eum aditauere.' L Seruius in Aen. IX 401 'antique properet mortem, ut Plautus: properare prandium; Ennius: festiuum f. d.' Philargyrius in Ge. IV 170 'fulmina properant uetuste ait, ut Plautus: properant prandium, et Ennius: festinant diem.' Cf. Gloss. Labb.: 'festiuo ἑορτάζω.' LI Varro de l. L. V 23 M. 'terra ut putant eadem et humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere ...' cf. Hartungus Eurip. rest. II 53 LII Seruius in Aen. V 686 'Ennius de dormiente ...' LIII Cicero de orat. II 54, 222 'quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur dicere Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam b. d. t.: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint.' (Ennium om. Voss. Leid. interpretantur dicere Ennium Bakius. interpretantur.

---

393 faxis musset] facimus et *Flor. cum libris plerisque* facimus musset *Turnebi cod.* face musset *Turnebus* fac is musset *O. Muellerus In lacuna* fama *suppleri uelim.* 395 festiuumque diem festiuant *Merula* 396 pinsabant *Goth. cf. annal.* 354 397 *Videtur delendum esse* que 398 nam *om. Cicero Indirecta oratione utitur Cicero* 400 quisquam quicquam quanquam quenquam quisque conueniat *Opitz.* quicquam quisquam quemquam quisque conueniet

LV (LVII)

Eu, méa puella, e spé quidem id successít tibi.

LVI (LVIII)

aeui íntegri

LVII (LIX)

. . . . . ángue uillosí canis

LVIII (LX)

Versát mucronem.

LIX (LXI)

férro foedatí iacent.

dicere enim aiunt Ennium secundum libros uulgo. Sed in Abrinc. et Erl. a haec tantum extant: dicere enim aut pienti facilius e. q. s., nisi quod in Erl. aiunt suprascriptum supra aut legitur. dicere aiunt Ennium inclusis ceteris Kayserus.) Imitati sunt Petronius p. 216 B. (anthol. Lat. I n. 476 R.) in carmine: 'nam citius flammas mortales ore tenebunt Quam secreta tegant,' et Symmachus epist. I 31 'nam facilius est ardentes fauillas ore comprimere quam luculenti operis seruare secretum.' LIV Rhet. ad Herenn. IV 12, 18 'et si uitabimus eiusdem litterae nimiam assiduitatem, cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitiis alienis exemplis uti): o Tite' e. q. s. 'et hic eiusdem poetae ...' In satira, non in tragoedia poetam haec lusisse puto. LV Varro de l. L. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium [VIII] apud Ennium: eu, mea p.' e. q. s. 'apud Pompilium: heu' e. q. s. (Naeuium cod. B) LVI Seruius in Aen. IX 255 'integer aeui, integri aeui, i. e. adulescens, cui aetas integra superest. Vnde Ennius deos aeui integros dicit, quibus multum aeui superest.' LVII Acro in Hor. Carm. III 11, 18 'muniant angues caput eius] ut ait Ennius: angue u. c.' LVIII Seruius in Aen. IX 748 'uersat, librat, iactat: et est Ennianum . . .' Incertis libris (fr. III) adscripsit Vahlenus, nec nego ambiguam huius aliorumque frustulorum sedem esse. LIX Seruius in Aen. III 241 'foedare, cruentare. Ennius ...'

Windberg. Fris. quidquam quisquam quemquam quemq. quisq. conueniat *Par.* quicquam quicq quemq quisq. conueniat *Wirzeb.* quidquam quisquam quemquam quisque conueniat *Bamb. a* quidquam quisquam quemque quisque conueniat *Bamb. b* quidquam quisquam quemquam quemq. quis conueniat *Tross.* quidquam quisquam quemquam quis conueniat *Tur.* quidquam quisquam cuiquam quod conueniat *uulgo* umquam quidquam quisquam cuiquam quod ei conueniat *ego olim.* Quiquam *potest datiuus esse*, quomquam *idem quod* umquam, quidque *est* quidquid. 402 hau *Par. b* heu *ceteri libri* eheu *uulgo* e *om. libri* spe *Flor. Goth. Par. a* saepe *Haun.* sepe *Par. b* spei *O. Muellerus* id quidem *CFW Mueller prosod. Plaut.* 329, *perperam.* successit *O. Muellerus* succensit *Goth. Haun.* succenset *Flor. Par. a* succenses *Par. b*

LX (LXII)

'Omnes dant consílium uanum, atque ád uoluptatem
ómnia.

LXI

Peruínce pertináci peruicácia.

M. PACVVIVS

ANTIOPA

Hyginus fab. 8 (praecedit Antiopa cap. 7) 'eadem Euripidis, quam scribit Ennius' (immo Pacuuius, ut correxit Hartungus Eur. rest. II 415). 'Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa. eius formae bonitate Iuppiter adductus grauidam fecit. quam pater cum punire uellet propter stuprum, minitans periculum Antiopa effugit. casu in eodem loco, quo illa peruenerat, Epopeus[1]) Sicyonius stabat. is mulierem aduectam domo[2]) matrimonio suo[3]) iunxit.' id Nycteus aegre ferens, cum moreretur, Lyco fratri suo per obtestatio-

LX Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. 'adfinitate sociatum neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant' e. q. s. Possunt de ariolis intellegi, qui in Telamone fr. II carpuntur. LXI Frontonis epist. IV 2 p. 60 Nab. 'de Herode quod dicis perge, oro te, [et] ut Quintus noster ait, peruince p. p.' Ennium indicaueram in adnotatione ad Attii Myrmid. fr. I, sed ut statuerem memoria falsum M. Caesarem pro Enniano Attianum locum in breue contractum imitari magis quam laudare: nunc ne quid deesse uideretur Ennii reliquiis, secutus sum mea ignorantem M. Hauptium, qui ind. scholl. Berol. aest. 1867 p. 5 hunc locum tetigit idemque et addidit. Quae Varro de l. L. VII 12 M. u. tueri laudauit quis pater aut cognatus uolet nos contra tueri non possum non eis adsentiri qui pro hexametro annalium habent: cf. Vsenerus ind. lectt. Gryphisw. aest. 1866 p. 10. Tragoediae restitui uoluit Ritschelius ind. scholl. Bonn. aest. 1852 p. XV sic transposita:

quis nos páter aut cognatús uolet
Contrá tueri?

Pacvvi Antiopa ex Euripidis fabula cognomine expressa: Cicero de fin. I 2, 4. cf. acad. pr. II 7, 20 de off. I 31, 114 1) Epaphus et infra Epapho, correxit post Micyllum et Nanckium Buntius. 2) domum post alios O. Iahnius ephem. archaeol. 1853 p. 73 3) sibi Iahnius l. l.

---

407 atque ad uoluptatem omnia *om. ed. Mediol. et Nieb.* adque *cod.*

Digitized by Google

nem mandat, cui tum[4]) regnum relinquebat, ne inpune Antiopa ferret. huius post mortem Lycus Sicyonem uenit. interfecto Epopeo Antiopam uinctam abduxit. in Cithaerone parit[5]) geminos et reliquit. quos pastor educauit, Zetum et Amphionem nominauit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. ea occasionem[6]) nacta fugae se mandauit, deuenit ad filios suos. ex quibus Zetus existimans fugitiuam[7]) non recepit. in eundem locum Dirce per bacchationem Liberi tunc[8]) delata est. ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. sed ab educatore pastore adulescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere uellent, uetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.'

I (13)

1ª Iouis éx Antiopa Nýctei natí [duo]

II (12)

Rhet. ad Herenn. II 27, 43 'item uerendum est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit ... uti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia de musica inductast, disputatio in sapientiae rationem et uirtutis utilitatem consumitur.'

4) suum Nauckius 5) Cithaeronem uulgo, corr. cum Scheffero Buntius: fortasse in Cithaerone ea peperit 6) occasione uulgo: correxi 7) sc. seruam. 8) illuc uulgo, corr. Nauckius Respexit fortasse hanc fabulam Cicero Lael. 19, 70 'ut in fabulis qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerunt, cum cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inuenti, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt.' I Probus in Verg. Ecl. 2, 25 p. 7 Keil. 'Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei ait natos. [Amphionem autem] cantando potuisse armenta uocare testantur Thebae' e. q. s. Senarium prologi elicuit Buechelerus. Amphionem autem uerba inclusa coniectura suppleuit H. Keilius. Pacuui anapaestos: 'cantando sóluistis Arménta uocare' agnoscere sibi uisus est Hartungus

II Eadem controuersia tangitur his Ciceronis locis: de orat. II 37, 155 'miror, cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixeris.' de rep. I 18, 30 'atque idem ... Zethum illum Pacuui nimis inimicum doctrinae esse dicebat.' de inu. I 50, 94 'si non id quod accusabitur defendet ... ut Amphion apud Euripidem [item apud

Digitized by Google

III (8)

1b Loca hórrida initas.

IV (11 et Liu. Ant.)

Amphio

Quadrupés tardigrada agréstis humilis áspera,
Breui cápite, ceruice ánguina, aspectú truci,
Euíscerata inánima cum animalí sono.

Astici

Ita saéptuosa díctione abs té datur,
Quod cóniectura sápiens aegre cóntuit:
Non íntellegimus, nísi si aperte díxeris.

Amphio

Testúdo

V (9)

. . . perdita ínluuie atque insómnia

Pacuuium], qui uituperata musica sapientiam laudat.' Cf. Hor. Epist. I 18, 39 (17, 72 R.) sqq. III Diomedes I p. 336 P. 'ineo inis, et inito dicimus, ut Pacuuius in Antiopa: l. h. i.' IV Cicero de diu. II 64. 133 'nam Pacuianus' (sic Leid. A et B. Pacuinus Vind. Pacuuianus uulgo) 'Amphio [2—4] cum dixisset obscurius, tum astici respondent: [7] At ille uno uerbo: Testudo. Non poteras hoc igitur a principio, citharista, dicere?' (astici Orellius artici Erl. acciti Reg. Gud. Rehd. attici Leidenses ABH, Vindob., Baiterus glossema esse suspicatur. rustici suasit Bergkius Bacchici Welckerus de trag. Gr. p. 815. Illud scholio in Eur. Hipp. 67 *ὡς καὶ ἐν τῇ Ἀντιόπῃ δύο χοροὺς εἰσάγει τόν τε Θηβαίων γερόντων διόλου καὶ τὸν μετὰ Θήβης ἢ* (his duobus uocabulis in Veneto libro omissis) *Δίρκης* — confirmari monuit Schneidewinus Nunt. liter. Gotting. 1847 p. 145) Tertullianus de pallio c. 3 p. 44 Salm. 'est et [2] testudinem Pacuuianam putas? non est: capit et alia bestiola uersiculum.' Non. 170, 17 'septuose, obscure. Liuius Antiopa [5. 6]' (Pacuuius Scriuerii mss., Bergkius de rel. com. Att. p. 123, Welckerus l. l. p. 812) V Charisius I p. 78 P. 'insomnia . . . sin-

---

1 inhitas *Paris. A* 2 tardigrada] *cf. Mar. Victor. p.* 2468 *P.* 3 capite breui *libri* c. breui' *Bothius* truci. (*erasa una litt.*) *Ciceronis Leid. B* 4 inanima cum animali *Hartungus* inanima, cum animali *uulgo* 5 septuose dictio abs te *libri* s. d. abs tete *Lipsius* s. d. ab deo *uel* s. d. haec abs te *Vossius* 6 coniectura *Rothius* consecutura *mss. Merceri*, *W* consectura *ceteri libri* contuit *uel* consulit *Vossius* contulit *libri* *Versu* 7 *adsumptis* 5 *et* 6 *non opus uidetur esse Welckero de trag. Gr. p.* 815 nisi si *Leid. B*, *Dauisius* nisi *ceteri* 9 inluuie *Lindemannus* in illiuie *Neap.* illuuie *ed. pr.*

Digitized by Google

VI (2)

Frendére noctes, mísera quas perpéssa sum

VII (3)

. frúges frendo sóla saxi róbore.

VIII (7)

. . . . sól si perpetuó siet,
Flámmeo uapóre torrens térrae fetum exússerit:
Nócti ni interuéniat, fructus pér pruinam obríguerint.

IX (6)

Mínitabiliterque íncrepare díctis saeuis íncipit.

X (4)

Nonne hínc uos propere a stábulis amolímini?

gulari numero uigiliam significare' (uolunt grammatici), 'ut Pacuuius in Antiopa dixit ...' VI. VII Non. 447, 16 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare ... Pacuuius Antiopa [VI] Plautus ... Pacuuius Anthiopa [VII]' VIII Varro de re rustica I 2, 5 'en ibi' (sc. in regionibus septentrionalibus) 'tu quicquam nasci putas posse aut coli natum? Verum enim est illud Pacuuii: sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo uapore aut frigore terrae fructus omnes interire.' (Pacusi Politiani libri flammineo Iensoniana Bruschiana Bononiensis Regiensis edd. fructos Politiani libri omnis Bruschiana) Idem de l. l. VI 6 M. 'nox, quod ut Catulus' (Catullus Goth. Haun. Pacuuius Scaliger) 'ait, omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint, quod nocet, nox.' Festus p. 352 M. 'torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa [13]' Suetonius prato apud Isidorum de natura rerum cap. 44 p. 74 ed. G. Becker (cf. eiusdem proll. p. XVI sq. et Suetoni reliquiae ed. Reifferscheid p. 244) 'torrens fluuius, qui pluuia crescit, siccitate torrescit, id est arescit, de quo Pacuuius (pacubius Bamb. pacuuisius ait Bodl. Basil. C et D): flammeo uapore torrens torret.' Eadem habet Isidorus Orig. XIII 21, huc rettulit Areualus, nec refragatur G. Becker: frustra olim dissuasit Herm. Langensiepen mus. Rhen. V 251. IX Non. 139, 23 'minitabiliter pro mina-

10 noctem *ms. Fabri* miserias quas *ms. Fabri* miseras quas *ed.* 1480 misera, quae *Bothius* 2 sum *Aldina* runt *ms. Fabri* rum *ceteri libri* 11 *Fortasse ditrochaeus ab initio deest.* fruges *Aldina* fruge *libri* sola saxi robore *Welckerus l. l. p.* 817 sola sacsic probore *libri, nisi quod* prob$\overset{o}{a}$re *W* solas saxi robore *Vossius. An* solo s. r.? atque fruges frende s. s. r. aereas *Ungerus electt. crit. p.* 13 fruges frendebo (*s.* frendeto) solido s. r. *L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 491 12 siet *Bothius* sit *Varro* 13 torrens torret *Isidori libri utroque loco* 14 *Scaligero duce reconcinnaui in Coni. p.* 7 15 que *Mercerus* quae *libri* dicitis secuis *Leid.* 16 a *uel* e *Buechelerus*, *om. libri*

XI (5)

Sed cúm animo attendi ád quaerendum, quíd siet

XII (10)

. . . . . céruicum
Florós dispendite críues.

XIII (1)

Saluéte, gemini, méa propages sánguinis!

XIV

Persius I 77 'sunt quos Pacuuiusque et uerrucosa moretur Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.'

Certe cor luctificabile pro ipsis Pacuuii uerbis haberi licet. Cf. inc. fab. VII.

XV

illuuie córporis
'Et coma prolíxa impexa cónglomerata atque hórrida

XVI (XIV)

Martianus Capella III 257 'nam Setum' (sic Bamberg. et Reichenauensis. Sethum uulg.) 'dicebant, quem nunc Zethum dicunt.'

citer ...' X Non. 73, 15 'amolimini est recedite uel tollite ... Pacuuius Hermiona ... idem Antiopa ...' XI Non. 238, 15 'attendere est intendere .....' XII Seruius in Aen. XII 605 'flauos Lauinia crines: antiqua lectio floros habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotauit: neotericum erat flauos, ergo bene floreos, nam sequitur: et roseas laniata genas ... P. Antiopa ...' XIII Non. 64, 30 'propages est series et adfixio continua uel longe ducta ...' Idem 221, 7 'propago, propages ut saepe generis est feminini.' XV Schol. Persii I 77 'Antiopam uerrucosam Persius dicit quae apud Dircen in squalore fuit seruitio oppressa. sic illuuie' c. q. s. Pacuuiana uerba agnouit O. Iahnius ephem. archaeol. 1853 p. 77. sic] fortasse Pac. fuisse coniecit L. Mueller mus. Rhen. XXIV 495 XVI Priscianus I p. 561 P. '*T* et Z in graecis tantummodo ponuntur dictionibus, quamuis in multis ueteres haec quoque mutasse inueniantur, et pro *T* V, pro Z uero, quod pro SD coniunctis accipitur, S uel SS uel D posuisse, ut ... Saguntum, massa pro *Ζάκυνθος*, *μᾶζα*

---

17 animum *Iunius*, *recte*, *ut uidetur* quaerendum *edd.* querendum *libri* 19 floros *Delrio* floreos *Seruius* dispendite *scripsi.* disperdite *Seruius* dispergite *Delrio* 20 *Sic ex cod. Monacensi s. XI edidit L. Mueller l. l.* illuuie c. et c. promissa i. c. horrida *ed. princ.*, *unde iambos* i. c. Comá promissa inpexa glomerata horrida *M. Hauptius effinxerat.*

Digitized by Google

ARMORVM IVDICIVM

I (5)

. . . . séque ad ludos iam índe abhinc exérceant.

II (10)

Quí uiget, uescátur armis, út percipiat praémium.

III (1)

. . . qui sése adfines ésse ad causandúm uolunt,
Dé uirtute is égo cernundi dó potestatem ómnibus.

IV (8)

'An quis 'est qui té esse dignum, quícum certetúr, putet?

V (9)

. . si non ést ingratum reápse quod fecí bene.

VI (16)

túque te
Désidere [in lécto residem,] nós hic esse in [míseriis
Máluisti.]

... Sethus' (immo Setus, ut docuit Ritschelius de epigr. Sorano p. 26) 'pro Ζῆθος dicentes, et Medentius (Medientius' alii codd.) 'pro Mezentius.' Haec ad Pacuuium uideri spectare monuit Fleckeisenus Epist. crit. ad F. Ritschelium p. XIII Praeterea locupletari huius fabulae reliquiae possunt his: inc. fab. I—VII. LIII, inc. inc. fab. LXX. CXIX. CXX.

Armorvm Ivdicivm I Charisius II p. 175 P. 'abhinc P. in armorum iudicio: seque' e. q. s. II Non. 416, 1 'uesci etiam significat uti ... Pacuuius Chryse ... idem Armorum iudicio ...' III Non. 89, 11 'causari causam dicere uel defendere ...' Idem 261, 19 'cernere rursum dimicare uel contendere ...' IV Non. 473, 14 'certatur pro certat.' V Festus p. 278 M. 'reapse est re ipsa. Pacuuius in Armorum iudicio ...' Paulus p. 279 M. 'reapse est re ipsa. Pacuuius: si' e. q. s. VI Festus p. 281 M. '[reses et residuus dicitur ignauus, quia] residet. Accius — — — Pacuius in arm[orum iudicio ....] tuque' e. q. s.

---

21 seseque *Hermannus Opusc. VII* 366 abhinc] *cf. Lachmannus in Lucr. III* 954 22 it *Geneu.: an* et? 23 adfines *Iunius* adfinem *libri* 24 de uirtute et ego potestatem cernundi do omnibus *libri p.* 261 26 si non *Paulus* sino *Festi cod. teste H. Keilio* (*Mus. Rhen. VI p.* 624) re abse *Festus* bene *om. Paulus* 27 *sqq.* tuque te desider .... nos hic essem .... *Festus teste H. Keilio* tuque te Desidere mauis residem, nos hic esse in miseriis *G. Hermannus* tuque te d. m. r. at contra nos hic esse in labore *Vrsinus*

VII (7)

. . dic quid fáciam: quod me móneris, effectúm dabo.

VIII (3)

Próloqui non paénitebunt líberi ingrato éx loco.

IX (6)

. . et aecum et réctum est, quod [tu] póstulas:
Iuráti cernant.

X (14)

. . . . . nilne ad te dé iudicio armum áccidit?

XI (4)

Quod égo inaudiui accípite, et quid sit fácto opus decérnite.

XII (12)

Cúm recordor eíus ferocem et tóruam confidéntiam

XIII (11)

. . . feróci ingenio, tóruus, praegrandí gradu

XIV (13)

Nám canis, quando ést percussa lápide, non tam illum
ádpetit,

VII Non. 507, 25 'moneris pro monueris.' VIII Non. 475, 18 'paenitebant.' (poenitebat Bamb.) IX Non. 261, 13 'cernere, iudicare.' X Cicero Orat. 64, 155 'at ille alter in Chryse . . . nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem: nilne' e. q. s. XI Non. 126, 23 'inaudire, audire ...' XII. XIII Festus p. 355 M. 'toruitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuuius in Armorum iudicio [XIII] et [XII]' Nonius p. 262, 11 'confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuuius in Athalanta [IV] idem lib. X' e. q. s. Secuntur nimirum Lucilii uerba, sed post idem excidisse Pacuuii fr. XII et nomen Lucilii admodum probabiliter coniecit Rothius.
XIV Non. 124, 2 'icit significat percutit, ab ictu ...' (armoro iudi-

30 dabo *Iunius* da *libri* *Senarium tolerauit G. Hermannus* 31 proloqui non poenitebunt, liberi ingrato *G. Hermannus* prologo nunc paenitebunt libunt liberi grato *libri*, *nisi quod* penitebunt *Bamb. et* bibunt biberi *W cf. Duentzerus Ephem. Marb.* 1848 *p.* 486 32 tu *om. libri* et aequum est ét rectum hoc quod póstulas *G. Hermannus* [illúd num] et aecum et rectum sit quod postulas *Buechelerus*, *quae cum fabula minus uidentur congruere.*
34 nilne *G. Hermannus* nihilne *libri* 35 quod ego inaudiui *libri* quod ego indaudiui *Kiesslingius* quod inaudiui *G. Hermannus. Possis etiam senarium uoce* opus *claudere* 37 praegrandi *uulgo* praegnandi *cod.* *Eis*, *qui senarium praeferunt*, *repugnari nequit*

Quí sed icit, quam íllum eumpse lápidem, qui ipsa icta ést, petit.

XV (17)

40 . . . . mén seruasse, ut éssent qui me pérderent!

XVI (2)

41 42 Pro império agendum est. — Quís uetat qui ne áttolat?

ATALANTA

I (10)

Paréntum incertum inuéstigandum grátia

II (14)

44 45 Dólet pigetque mágis magisque mé conatum hoc néquiquam itiner.

cio Vrbin. 307 uetusta uel plebeia forma) XV Suetonius Caes. 84 'inter ludos' (funebres Caesaris) 'cantata sunt quaedam ad miserationem et inuidiam caedis eius accommodata ex Pacuui Armorum iudicio . . .' Appianus bell. ciu. II 146 *ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρῆνοι μετ' ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾖδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὖθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καί που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι· ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος κ. τ. λ.* Conferri iubet Langius Vind. p. 34 Ciceronis Phil. II 3, 5: 'quod si esset beneficium, numquam qui illum interfecerunt, a quo erant conseruati' (seruati alii praeter Basilicanum) ... 'tantam essent gloriam consecuti.' XVI Non. 246, 4 'attollere significat erigere ... attollere, adferre Pacuuius Medo ... idem Armorum iudicio ...'

Alexander Guarinus in expositionum fol. XVII[b] ad Catulli 17, 6 'Pacuuius in armorum iudicio: pro imperio salisubsulus si nostro excubet,' quae ad Perotti copias et similia reicienda sunt, quamquam defensa a Naekio opusc. I 107. cf. Lud. Schwabius ad Catulli l. l.

ATALANTA I Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ... P. Athalanta ...' II Non. 490, 14 'itiner pro iter ... P. Athalanta ...'

---

39 sed *Ritschelius nou. excurs. Plaut. I* 51 se *libri* sese *Vossius* eumpse *Vossius* eum ipsum *libri* qui se icit, quam illunc eumpse *G. Hermannus* 41 *sq.* quis uetat quisne attollat *libri* qui uetat, Né quis attollat *G. Hermannus* ne quis attollat ueta *Grotius, probat Vossius, cui non minus placet* ueto. *Fuit cum in illo* quisne *latere* corpus ne *suspicarer.* attolat *suasit Buechelerus* 44 *sq. Agnouit octonarium Buechelerus, senariorum frustula* . . dolet p. m. m. me Conátum h. n. i. *Vossius dederat.*

Digitized by Google

III (22)

[Tamen] étsi metuo pícta de pallá plagam

IV (3)

Gradere átque atrocem coérce confidéntiam!

V (24)

. . . . éxtremum intra cámterem ipsum praégradat
Párthenopaeum.

VI (2)

Viám quam insistam dúbito aut quod primórdium
Capíssam ad stirpem exquírendum . : . . .

VII (8)

Quás famulitas uís egestas fáma formidó pauor

VIII (12)

Hiát sollicita, stúdio obstupida, súspensa animo cíuitas.

III Non. 378, 6 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis. P. Atalanta . . . ut sit plaga quem nunc dicimus clauum. Varro Prometheo: eburneis lectis et plagis sigillatis. Afranius: palam facto demea et plagulam de lecto pellis dimitte in ordine.' IV Non. 262, 10 'confidentia rursum temeritas, audacia. P. in Athalanta . . .'
V Non. 65, 1 '[praegradat,] praegreditur, anteuenit: dictum a gradu. Pacuuius Tantalo: extremum' e. q. s. (Atalanta Iunius)
VI Non. 226, 32 'stirpem . . . masculino . . . P. Athalanta . . .'
VII Non. 109, 28 'famulitas est seruitus . . .' VIII Non. 429, 5 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas incolae . . . P. Athalanta . . .'

---

46 etsi metuo picta de plaga pallam *libri*, *defendit Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 782 pluma plagam *olim scripseram* 47 coerce *Aldina* coercere *libri* 48 cāterem *W* campterem *Iunius*, *Turnebus Adu. XXIX* 19 cancerem *ms. Iunii*, *unde hic:* carcerem
49 Parthenopaeum *Scaliger Coni. p.* 11 Parthenoreum *libri. An* Parthenopaeus *et u. antecedenti* ipsam? 50 dubito quam insistam uiam *libri*, *quam qui clausulam uersus fecerit*, *a sequentis initio tres iambos deesse statuet*, *nisi hos accentus* aut quód primordiúm *e. q. s. probauerit.* 52 ad *Aldina* a *libri* exquirendum *Bentinus* exquirentem *libri* 53 formido pudor *Leid.*, *quod potest uerum esse* 54 hiát *uel* hiat] hil *libri* nil *Iunius in mg.* nunc *Bothius* 2 suspensa *Iac. Maehly ann. philoll.* 1857 *p.* 286 suspenso *libri*

Digitized by Google

IX (9)

55 Mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse ábdicant.

X (1)

56 57 Tégiae nunc nemorális regnum pótitur transmissú patris.

XI (18)

58 59 Quid istúc est? uultum quaé caligat trístitas?

XII (15)

60 Quae aégritudo ínsolens méntem attemptát tuam?

XIII (7)

Hábeo ego istam quí distinguam intér uos geminitúdinem.

XIV (21)

. . . . ís uestrorum utér sit, cui signúm datum est,
Cétte.

XV (6)

Suspénsum in laeuo brácchio ostendo úngulum.

IX Non. 450, 30 'abdicare non solum de patris facto potest dici, quod est familia abicere, sed rem quamlibet negare. P. Athalanta ...'
X Non. 481, 31 'potior illam rem pro: illa re potior .... P. Athalanta ...' XI Non. 182, 1 'tristities' (tristitias libri) 'pro tristitia. Pacuuius Atalanta ... Turpilius Leucadia [XVI]' XII Non. 322, 17 'insolens rursum non solens ... P. Athalanta ...' XIII Non. 116, 18 'geminitudinem.' (Athalenta Bamb.) XIV Non. 85, 4 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo ...' XV Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus — — Pacuuius in Iliona — et in Atalanta ...'

---

55 *An* consanguineum? 56 *sq.* regi ut memorabis nunc *libri* Regi ut memoraui, is nunc *Bothius* Regi ·id memora, qui nunc *Vossius* Regi Meleagro: is nunc *Grotius Bibl. crit. n. IV.* Tegiae memor aui nunc *Buechelerus. Olim haec fere commentus eram:* non propages regia, 'At enim nunc nemoralis *e. q. s.* regem potitur *Bamb.*
58 *sq. Restituit uersum Buechelerus.* quid istuc (istic *Leid., etiam in W dimidia parte litterae* u *erasa*) est uultum alligateque tristitias *libri, in quibus* alligat quae *Iunius,* tristities *Bothius agnoscere sibi uisi erant.* quis istic uoltus caligans? quae tristitas? *Scaliger in Aetnam p.* 155 61 abeo *Bamb.* 64 in *om. Vrsinus et Vaticanus S Mommseni* (*commentt. acad. Berolin. a.* 1864 *p.* 83) brachio *cod. cf. Lachmannus in Lucr. VI* 434

XVI (4)

Nam quód conabar, cum ínteruentum est, dícere,
Nunc éxpedibo.

XVII (17)

Mi gnáte, ut uerear éloqui, porcét pudor.

XVIII (5)

Triplicém uirili séxu partum prócreat.

XIX (13)

Vbi égo me grauidam séntio adgrauéscere
Propínquitate párti

XX (19)

Cum incúltos peruestígans rimarém sinus

XXI (16)

Sempér sat agere ut né in amore animum óccupes.

XXII (20)

Cóncentare ac díssentire párti ac da rursum aéquiter.

XVI Non. 505, 3 'expedibo pro expediam. P. Athalantha ...'
XVII Non. 160, 1 'porcet significat prohibet.' XVIII Festus p. 334 M. 'sexu, natura habituque ex Graeco, quam illi uocant ἕξιν — Pacuuius in Atalanta ...' XIX Non. 486, 3 'parti et partuis' (partui Bamb.) 'pro partus. Pacuuius Athalanta ...' (cuuius W)
XX Non. 382, 7 'rimari dicitur scrutari, quaerere . . . P. Athalanta ...' XXI Non. 355, 27 'occupare est rursus detinere ... P. Athalanta . . .' XXII Non. 512, 27 'aequiter pro aeque. P. Athalanta ...'

---

66 non expedibo *Bamb.* 67 mi gnate *Leid. cum aliis* magna te *W* eloqui *Iunius* loqui *libri* 69 aggrauescere *Aldina* adgrauascere *libri* 70 propuinquitate *Bamb.* partis *Leid. Bamb.* 71 rimare *Geneu.* rimaris *Basil.* inrimare *ceteri libri. aut* rimarer *aut* inrimat *Vossius* 72 semper sat agere *Bothius* 2 super satis agere *libri* ut ne in mare animum occupes *libri* in amore ut ne tu a. o. *Bothius* 2 73 concertare ac dissentire partem da cursum aequiter *libri* consentire ac d. partim dare ius aequiter *Vossius*, *praeeunte* consentire *Scriuerio. In nostris* rursum *occupauit Bothius* aequiter *om. Bamb.*

XXIII (11)

Omnés, qui tam quam nós [seuero] séruiunt
Sub régno, callent dóminum imperia métuere.

XXIV

75ª Tegeaéa Arcadiae cíuitas

CHRYSES

I (14)

intereá loci
Flúcti flacciscúnt, silescunt uénti, mollitúr mare.

II (11)

Própemodum animus cóniectura de érrore eius aúgurat.

III (13)

'Atque, ut promeruít, pater mihi pátriam populauít meam.

XXIII Non. 258, 1 'callet significat scit: hoc est calliditate, quae est urbana scientia ...' XXIV Schol. Leid. ad Verg. Ge. I 18 'Tegeaee uero a deriuatione est quod est Tegeaeus: a Tegea oppido Arcadiae. Item Tegeaea Arcadiae ciuitas, ut apud Pacuuium in Atalanta: Tegeaéa Arcadiae cíuitas, et reliqua.' (Tegaeae — Tegaeus — Tegaeo — Tegaea — manclanta Tegaea cod.: cf. Wagnerus in Verg. Aen. V 209) Descripseram haec et emendaueram anno 1852 in addendis p. XI Danielis Heinsii manu enotata: postea Th. Mommsenus in mus. Rhen. XVI 453 pauca ex ipso codice excerpta 'Tegea Arcadiae ciuitas, ut apud Pacubium in Antlanta' primus edere sibi uisus est.

Non plane praetereundum uidetur schol. Veronense ad Verg. Aen. XII 468 p. 107, 5 K. 'Iuturna uirago] — — — qualis in tragoediis Atalanta traditur.' Praeterea reddendum huic fabulae suspicor inc. fab. fr. X; incertior coniectura de fr. V.

Chryses uel potius Cryses. In librorum indiciis latent hae formae: Cryses (Chryses) Crises (Chrises) Croeses (Chroeses) Chirises. Acta uidetur post annum 608 nec ita multo ante 615: cf. quaest. scen. p. 285 sq. I Non. 488, 14 'flucti pro fluctus ...' (Crysae Bamb.) Cicero de orat. III 42, 167 'neque factum uerbum est, ut mare saxifragis undis, neque translatum, ut mollitur mare.' II Non. 469, 8 'auguro' (augurio Bamb.) ... 'P. Chrysae ...' III Non. 39, 31 'populare significat populi amorem conciliare: unde populares dicti, de uno populo amici.' (Gresse W. Leid.)

---

74 seuero *om. libri* 75 dominum imperia *Mercerus* domitum imperio *libri, nisi quod* imperium *Basil. et Vrbin.* 308 dominum imperium *Faber* domiti imperio *Bothius* metueres *Basil. Geneu.* 76 interea loci *Gulielmus in Plaut. Mil. c.* 4 inter ea loca *libri, nisi quod* iter *W* 78 eius *edd.* etius *h. e.* eiius *ceteri libri: cf. Corssenus de pronunt. I² p.* 20. 301 *sq. et Buechelerus declin. Lat.* 39
79 pater, qui patriam *Vossius*

IV (5)

Ciués, antiqui amíci maiorúm meum,
Consílium socii, augúrium atque extum intérpretes,
Post quám prodigium horríferum, portentúm pauos

V (4)

. . . nam isti quí linguam auium intéllegunt
Plusque éx alieno iécore sapiunt quam éx suo,
Magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.

VI (2. 8. 3)

Hóc uide, circúm supraque quód complexu cóntinet
Térram
Sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret,
'Id quod nostri caélum memorant, Grái perhibent aéthera:
Quídquid est hoc, ómnia animat fórmat alit augét creat
Sépelit recipitque ín sese omnia, ómniumque idem ést pater,
'Indidemque eadem aéque oriuntur de íntegro atque eodem óccidunt.

IV Cicero Orat. 46, 155 (postquam de Ennio dixit) 'at ille alter in Chryse non solum [80], quod erat usitatum, sed durius etiam [81], idemque pergit [82], quae non sane sunt in omnibus neutris' (nostris?) 'usitata.' V Cicero de diu. I 57, 131 'ut ille Pacuuianus, qui in Chryse' (chrysi Leid. Am. 2, Vindob. crysi Leid. Am. 1 crisy* Leid. B) 'physicus inducitur, minime naturam rerum cognosse uideatur [83—85] Cur? quaeso. cum ipse paucis interpositis uersibus dicas satis luculente [90—92].' Non. 246, 9 'auscultare est obsequi. Pacuuius qui se [85].' (Chryse Iunius) VI Varro de l. L. V 17 M. 'sic caelum et pars eius, summum ubi stellae, et id quod Pacuuius, cum demonstrat, dicit [86. 87] cui subiungit: id quod nostri caelum memorant.' Ibidem 19 'et hinc caelum, quoniam, ut dixi, hoc circum ... terram cauum

82 pauos *Gud. b* pauor *ceteri* 83 isti *Erl. Vind. Leidenses tres*, *defendit Oudendorpius ad Sueton. de ill. gramm.* 11 istos *Oxon. Rehdig.* istis *Salisb. cum ceteris* 84 quam suo *duo codd. Orellii* 86 uide, circum supraque quod *Lachmannus in Lucr. V* 318 uide circum supraque, quod *uulgo* 88 *Hic inserui quem ad u.* 99 *adiungendum putauit Scaliger.* capessit *ed.* 1526 rapessit *libri* nigret *Vrbin.* nigri *ceteri libri* 89 id quod nostri caelum memorant *Varro* hoc, quod memoro, nostri caelum *Cicero* terram, nostri caelum memorant *Heindorfius* 90 hoc *om. Erl.* 91 id est *Leid. B m.* 1 92 eadem aeque *Buechelerus* eadem quae *Leid. A* eademque *ceteri* atque *libri* aeque *Scaliger*

Digitized by Google

VII (15)

Máter est terra: éa parit corpús, animam aeter ádiugat.

VIII (Anchis.)

'Idae promuntúrium quoius língua in altum próicit

IX (6)

. . . . . incipio sáxum temptans scándere
Vórticem, summúsque in omnis pártes prospectum aúcupo.

X (16)

. aésti forte ex árido

caelum.' cf. Lucr. V 318 sqq. Cicero de nat. deor. II 36, 91 'mutuemur hoc quoque uerbum dicaturque tam aether Latine, quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius: hoc, quod memoro, nostri caelum ... aethera. Quasi uero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur.' (Deest hic locus in Vind. et Palat.) Idem de diu. I 57, 131 [90—92] (cf. V) Non. 144, 10 'nigret, nigra fit. P. Chryse [88].' (crise Vrbin. 307) Versus 86 87 89 cum 90—92 coniungendos esse perspexit Scaliger, quem contra Antiopae illos inserendos censet Bergkius Ind. lect. Marb. hib. 1849 p. XIII. Cf. ad hoc et sequens fr. Euripidis ex Chrysippo fr. 836 N., quo uel dubium fit annon latina quoque fabula, unde fr. V. VI. VII deprompta sunt, Chrysippus potius quam Chryses appellata fuerit. VII Non. 75, 11 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse . . . idem Iliona . . .' (Pacuuius Aldina) Varro de l. L. V 60 M. 'caelum et terra omnia exgenuerunt ... recte igitur Pacuius' (sic Flor. teste Wilmannsio) 'quod ait: animam aether adiugat.'
VIII Gellius IV 17 (positu, non natura produci in uersu obiciebat conicere subicit inice subices uocabula) 'id ipsum autem uerbum' (sc. iacio) 'M. Cato sub alia praepositione dicit ... proicit in altum. Et Pacuuius item in Chryse ...' (Chryse Vat. Reg. cse Rott. chise, Anchyse, Anchise recentiores) IX Non. 467, 15 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo .... Pacuuius Chryse ...' (Chryse edd. Crysae libri plerique Cresae Bamb.) X Non. 484, 11 'aesti pro

---

93 aether (ether *Flor.*) *Varro* ater *Nonius* adiungat *Varronis libri* mater est terra, haecce corpus parit, animam aether adiugat *Bothius* 1 mater est terra; parit corpus ea, a. a. a. *idem* 2. *Modulatius scribas*: mater terrast, parit haec corpus, animam ei aether adiugat *uel cum Vsenero* haec parit corpus, animae uim a. a. 94 Idae *Vossius, prob. Fleckeisenus in quinquag. titulis p.* 25 id *libri*, *quod seruat M. Hertzius trochaeum initio uersus deesse statuens.* Ida prom. *N. Heinsius in Verg. Aen. X* 587 prūturiū *Vat.* promuntorium *Reg.* promătorium *Rott.* promontorium *ceteri* lingā *Vat.* linguam *Rott.* proicit *Vat. Rott.* proiicit *ceteri* 95 saxi *Bothius* 2 96 uerticem *W* summusque in omnis *Bothius*, *qui tamen senarios numerauit.* in summis dein hominis *libri*, *sed* hominibus *Bamb.* in summum, dein in omnis *Lipsius A. L. IV* 5, *Scaliger* (*nisi quod hic* deinde) summum, atque in omnis *Bothius* 2 97 fonte *Osannus*

XI (10)

adiutámini et deféndite!

XII (7)

'Est ibi sub eo sáxo penitus stráta harena ingéns specus.

XIII (21)

Si quá potestur ínuestigarí uia

XIV (18)

Inuéni, opino, Oréstes uter essét tamen.

XV (17)

'Ossuum inhumatum aéstuosam aulam

XVI (19)

pró merenda grátia

Simúl cum uideam Gráios nil medíocriter
Redámptruare opibúsque summis pérsequi

aestus. P. Chrysae ...' (Crysae Bamb.) XI Non. 74, 1 'aiutamini pro aiutate. P. Cryse ...' Donatus in Ter. Adelph. prol. 16 'legitur et adiutare. Pacuuius in Chrese: adiuta mihi.' XII Festus p. 343 M. 'specus feminino genere pronuntiabant antiqui — — et Pacuuius in Chrese: est' e. q. s. XIII Non. p. 508, 28 'potestur pro potest.' (Chrise Bamb.) XIV Non. 475, 1 'opino pro opinor ... Pacuuius Chryse ... Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum et pro uiribus' e. q. s. (Chrysae Bamb. Orestes ... optumum om. Bamb.) Cf. inc. fab. XIII[b] XV Priscianus VI p. 710 P. 'quidam tamen ueterum et hoc ossu et hoc ossum proferebant, unde Pacuuius in Chryse ...' (Pacubius Sang. Carlsr. Grut. chrisse Sang. chrise Grut. chirisse Karolir. c[r]hyse Bern.) XVI Festus p. 273 M. 'redantruare dicitur in Saliorum exultationibus: cum praesul ampiruauit, quod est motus edidit, ei referuntur inuicem idem motus — Pacuius (teste H. Keilio l. l. p. 624): pro' e. q. s. Non. 165, 18 'redandruare, redire ... P. Chryse: Graecos nihil m. r.'

---

98 adiutamini *Nonius* adiuta mihi *Donatus*, *cf. Ritschelius Mus. Rhen. I p.* 147 101 opinio *Leid. W*, *sed in Leid.* i *posterius compunctum* opino esse optumum Orestes *libri*, *nisi quod* Orestes *om. Bamb.* uter esset *Rothius*, *Duloresti hunc uersiculum ascribens.* ut heres sed *libri plerique*, *om. Bamb.* 102 ossuum, *quod conieceram*, *Bamberg.* ossum *ceteri libri* inumatum *Sang.* aestuosam *suprascr.* uel actuosam *Bern.* 103 auram *libri*: *cf. ad u.* 114 aestuosam | aúlam *olim distribueram* 104 promerenda *Vrsinus interpunctione post* gratia *posita.* proaererenda *cod.* promerendae *Scaliger* 105 Graecos *Nonius* nihil *libri* 106 redandruare *Nonius*

Digitized by Google

XVII (22)

. . atque eccos únde certiscént . .

XVIII (9)

. . . . . fúgimus: arte hac uéscimur.

XIX (20)

Pérque nostram unánimitatem egrégiam, quam [nec] mémoria
Déiugat

XX (12)

Set césso inimicitiam íntegrare?

XXI (1)

Di mónerint meliora átque amentiam áuerruncassínt tuam!

XVII Non. 89, 21 'certissant, certa fiant. P. Chrysae ...' XVIII Non. 415, 34 'uesci etiam significat uti ... P. Crisse ...' XIX Non. 101, 27 'deiugare, deiungere, separare, dissociare ...' Idem 142, 31 'memoriam positum pro uetustate.' XX Non. 127, 4 'integrare; redintegrare ...' XXI Pauli Festus p. 373 M. 'uerruncent, uertant. Pacuuius: di' e. q s. 'id est auertissent.' (auertissint?) Varro de l. L. VII 102 M. 'apud Pacuium' (sic Flor.): 'di' e. q. s. 'ab auertendo auerruncare.' Non. 507, 26 'moneris pro monueris. Pacuuius Armorum iudicio ... idem Chryse: di monerint meliora.' Idem 74, 22 'aberruncare, auertere. Lucilius lib. xxvi: di minuerint meliora, amentiam aberruncassint tuam! Pacuuius Medo [XVII] M. Tullius de finibus bonorum et malorum: di maluerunt meliora atque amentiam aberruncassint meam!' (cf. idem 70, 15 sqq.) Tetigit has turbas Paulus Schmidt de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis p. 11. Referenda uidentur ad hanc fabulam inc. fab. XIII^b XIV. XV. inc. inc. fab. LXXIII; nec aliena ab eadem inc. fab. XII. XIII^a. XIX. XXII. XXIII.

---

107 atque *Vrbin.* 307, *Bentinus* aquae *libri* certiscent *Vossius* certissent *libri* 108 fugimus qui arte *libri*. *Minus placet* fugimusque, arte 109 egregiam unanimitatem *libri: transposui caesurae causa, sed cf.* 123 nec *om. libri* immemoria *Vossius* memoria nulla *olim temptaui* defugat *Leid. p.* 142 111 *Vulgo sine interrogandi signo legitur* 112 dī *Varronis Flor.* de *W p.* 507 minuerint *et* maluerunt *Nonius p.* 74 minerint *W. p.* 507 atque *om. Nonius p.* 74, 24 auerruncassent *Paulus* aberruncassint *Nonius bis* tuam *om. Varro* meam *Nonius p.* 74, 29

Digitized by Google

DVLORESTES

I (4)

hymenaeúm fremunt
Aequáles, aula résonit crepitu músico.

II (12)

Gnatám despondit, núptiis hanc dát diem.

III (18)

Respónsa explanat: mándat ne matrí fuat
Cognóscendi umquam aut cóntuendi cópia.

IV (32)

Aut híc est aut hic ádfore actutum aútumo.

V (7)

Hícine is est, quem fáma Graia ante ómnis nobilitát uiros?

VI (21)

Délfos uenum pécus egi, inde ad stábula haec itiner cóntuli.

DVLORESTES an DOLORESTES rectius appelletur dubium. I Non. 505, 1 'sonit pro sonat .... P. Duloreste ...' (Doloreste Bamb.) Prope absunt ab Euripideis in Iphig. Taur. 355

Ἀργεῖαί τε νῦν
ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν· αὐλεῖται δὲ πᾶν
μέλαθρον.

II Non. 522, 7 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus ... P. Duloreste ...' (Doloreste Bamb.) III Non. 111, 6 'fuam, sim uel fiam. P. Doloreste ...' IV Non. 237, 11 'autumare est sperare. P. Duloreste ...' V Non. 352, 10 'unde et nobilitarent, notificarent dictum est .... Pacuuius Duloreste ...' VI Non. 490, 16 'itiner pro iter .... Pacuuius Atalanta .... idem Doloreste ...'

---

114 aula *Scaliger Coni. p.* 69 aura *libri* 115 gratam *Bamb.* nuptiis hanc dicit diem *ante Aldinam* nuptiis dicit diem *G. Hermannus Ephem. Lips.* 1828 *n.* 13, *si quidem in prologo haec narrata sint* 116 ne *Iunius* me *libri* matris *suspicatur fuisse Buechelerus* 118 *An:* aut ést hic? 119 he hicine is *Geneu.* he hic tu eis *Basil.* he hecine is *celeri libri* fama Graia *Grotius Bibl. crit. nou. IV*, *Bergkius Ephem. Marb.* 1851 *p.* 221 fame gratia *libri* famae gratia *edd. uett.* formae gratia *Scaliger Coni. p.* 82, *Hermannus* fama Graii *L. Mueller de re m.* 421 nobilitant *idem* 121 Delfos uenum pecu secunde ab stabula ac itiner *libri*, *nisi quod*

VII (14. 24)

. . . primum hóc abs te oro, ní me inexorábilem
Fáxis: ni turpássis uanitúdine aetatém tuam,
'Oro, niue pléctas fandi mí prolixitúdinem.

IX (19)

128 Nón decet animum aégritudine ín re crepera cónfici.

X (17)

Nónne officium fúngar uulgi, atque aégre male factúm feram?

XI (28)

130 Sí quis hac me orátione incílet, quid respóndeam?

XII (36)

Nunc ne íllum expectes, quándo amico amíciter
Fecísti

XIII (27)

. . quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

VII Non. 184, 4 'uanitudo pro uanitate . . . P. Duloreste [122. 123].' Idem 160, 10 'prolixitudinem. P. Duloreste [124].' Vtrumque locum coniunxit Lachmannus in Lucr. II 734 VIII ad inc. fab. fr. XIII[b] relegaui. IX Non. 13, 28 'crepera res proprie dicitur dubia . . . P. Duloreste . . .' X Non. 497, 16 'accusatiuus positus pro ablatiuo . . . . P. Duloreste . . .' (Doloreste W Bamb.) XI Non. 125, 4 'incilare est increpare uel inprobare . . . P. Duloreste . . .' XII Non. 510, 22 'amiciter pro amice . . . P. Duloreste . . .' (Doloreste Bamb.) XIII Non. 491, 24 'soniti et sonu pro sonitus et sono. P. Duloreste . . .' (Doloreste Bamb.)

---

pecus secundae *Leid.* pucus saecundae *Bamb.* D. u. pecus egi, unde ad stabula itiner *Iunius in mg.* D. uentum, pecus egi inde ad stabula, ad itiner *Vossius* Delphos ueni impete secundo, ad stabulaque itiner *Hermannus* 122 ni me *Lachmannus* nimis *libri* ne me *Hermannus* ne mi *N. Faber* 123 ni aetatem tuam turpassis uanitudine *L. Mueller de re m.* 421 124 oro, niue *Lachmannus* oro (ero *W*, o *suprascr.*) mi ne *libri* plectas *Bothius* flectas *libri* flendi me prolixitudine *ms. Palat.* 128 decet *suasit Lachmannus* uetet *libri* aegritudine *Mercerus* aegritudinem *libri* 129 egre *Bamb.* malefactum *edd.* male fatum *libri* 130 *An:* hác si quis? 131 *Octonarium iambicum catalecticum discribit L. Mueller de re m.* 422 ne hilum *Scriuerius* neilum *in mentem uenit L. Muellero mus. Rhen. XXIII* 697 quando] quã *Bamb.* 133 quidnam aut hoc *Bamb.* quid stridunt *Bothius* fori *libri* fores *Iunius*

Digitized by Google

XIV (15)

. . ubi illic ést? me miseram! qúónam clam se elíminat?

XV (20)

Vel cúm illum uideas sóllicitum orbitúdine

XVI (2)

Páter Achiuos ín Caperei sáxis pleros pérdidit.

XVII (31)

[nisi] me cáluitur suspício,
Hóc est illud quód fore occulte Oéax praedixít . .

XVIII (29)

'Vtinam nunc matréscam ingenio, ut meúm patrem ulciscí queam!

XIV Non. 38, 31 'eliminare, extra limen eicere. P. Doloreste . . .' Idem 292, 25 'eliminare rursum excludere. P. Duloreste . . .' XV Non. 146, 19 'orbitudinis pro orbitate ... P. Duloreste ...' XVI Priscianus V p. 668 P. 'uetustissimi tamen et altera utra ... solebant proferre, et plerus plera plerum absque que additione ... P. in Duloreste . . .' (Pacubius Bamb. Bern. Halb. Carlsr. Pacu^{b}uius Reg. D^{o}uloreste Reg. Dolores te Sang. Carlsr. Doloseste Fragm. Amienense) XVII Non. 7, 3 'caluitur dictum est frustratur .... P. Doloreste . . .' XVIII Non. 137, 7 'matrescam, matris similis fiam. P. Duloreste . . .' Huc fortasse pertinet glossa in Onomastico Labbaei: 'matrescere, μητϱάζειν.

---

134 ille *libri p.* 292 quoniam *libri p.* 292 clam se] clamor *libri p.* 292 clam clam *libri p.* 38 quam clamos *Vossius* quianam clamore *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 766 quam clamore *Bothius* quonam clanculo se *Hermannus* quonam clanculum se *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 77 *An:* ubi ille ést? me miseram clamor quo-
i o
Graeci, non patrii poetae uerba uideri in Curculione Plauti laudari u. 591 'ántiquom poetam audiui scripsisse in tragoedia, Múlieres duás peiores ésse quam unam múlierem.' LV Charisius I p. 50 P. 'inueniuntur tamen quaedam peregrina, quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas Pallas Atlas gigas. Faciunt enim Calchantis Pallantis [Atlantis] gigantis, quamuis antiqui, ut Pacuuius et Plautus, Calcham dicant, non Calchantem.' calchan cod.: collatis ex Prisciano VI p. 702 P. et Probo Putschii p. 1467 formis 'Calchae' et 'Calcha' Calcham (immo Calcam) scribendum esse monuit Ritschelius Prol. Trin. p. LXXXVII, quem non respexit Lachmannus in Lucr. V 839.

LVI Seruius in Aen. XII 298 'nam illud Ennii et Pacuuii penitus de usu recessit, ut hic torrus, huius torri dicamus.' LVII Charisius I p. 63 P. 'iter iteris debet facere, non itineris ... plurali tamen numero itinera semper dicemus. non enim sicut huius iteris Pacuuius dixit, et haec itera potuit dicere.' Idem p. 109 P. 'Pacuuius quoque iteris dixit.' LVIII Seruius in Aen. IV 9 'hoc enim maiores inter uigilias et ea quae uidemus in somnis interesse uoluerunt, ut insomnia generis feminini numeri singularis uigiliam significaret, insomnia uero generis neutri numeri pluralis ea, quae per somnium uidemus, ut: sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes (Aen. IV 897). Sciendum igitur: quia, si terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia enim licet et Pacuuius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit et de usu remouit.' LIX Seruius in Aen. II 651 'praepositiones uel aduerbia in a exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto puta et ita, quae apud Ennium et Pacuuium breuia sunt.' LX Pompeius comm. p. 187 (gramm. Latt. Keil. uol. V) 'hoc ipsum etiam quod diximus, hic Iuppiter et huius Iouis, apud antiquos libros inuenimus plenas

426 haut *Lachmannus in Lucr. III* 400 aut *libri* haud *ed.* 1526 femina una *Lachmannus* femina, *om.* una, *libri*

LXI

ante templo
propter homine
praeter condemnatis

LXII

applar

LXIII

desertitudines

L. ATTIVS.

ACHILLES

I (1)

Qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

II (2)

Ne túm cum feruat péctus iracúndiae

declinationes, hic Iuppiter huius Iuppitris huic Iuppitri. Legimus in Capro hic Iouis, huius Iouis. Etiam Naeuius Accius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.' LXI Pompeius comment. p. 408 L. (gramm. Latt. H. Keilii uol. V p. 278, 21) 'non dubitat Pacuuius' (pacuius Wolfenb.) 'dicere ante templo; non dubitat dicere propter homine; non dubitat dicere, quod dixit etiam Sallustius, praeter condemnatis. iste enim dixit:' (Catil. 36) 'praeter rerum capitalium condemnatis. inuenimus ista omnia.' In illo 'homine' ac fortasse etiam in 'templo' fugit grammaticum omissa finalis consonans M. De Sallustiano exemplo recte iudicat Bergkius symbol. I p. 44 adn. LXII[a] Vulcanius gloss. p. 17 'appia, εἶδος σκεύους, ὡς πακούβιος.' Isidori gloss. 'applare, cochlear.' cf. Lydus de mens. 25. Ergo scribendum applar uel aplar, ut uidit Ios. Klein mus. Rhen. XXIV 295. LXII[b] Incerta coniectura M. Hertzius in annall. philoll. 1869 p. 767 sq. ex Vulcanii glossis latino-graecis Pacuuio hanc tribui uult: 'adfatio ἐπίλογος πρόφασις (l. πρόσφασις) προσομιλία, ὡς πλούσιος' (πλουσος Labb.), cum Plauto Vulcanius, Plautio post Osannum I. Kleinius mus. Rhen. XXIV 295 sq. ascripserint. LXIII Statii commentarius ('uetustissimarum membranarum', si modo uere) laudatus a Casp. Barthio animadu. ad Statii Theb. IV 737 p. 1230: 'deserta] desertitudines. Vt Placubius.' Pacuuium citari uidit Barthius, indicauit hunc locum Rob. Unger 'Papinii Statii ecloga ultima' p. 242 adnot.

Varias nominis Attivs Activs Accivs formas curiose enotare supersedebo. Achilles (Acilles: cf. fr. II) I Non. 98, 6 'delica, explana, indica. Accius Achille: quae' e. q. s. Idem 277, 28 'delica est aperi et explana . . . Accius in Achille: qua' e. q. s. II Non 504, 27 'feruat pro ferueat ... Accius Acille ...' (Achille Bamb.)

---

1 alia *libri plerique p.* 277, *Vrbin. p.* 98 alias *Basil. ibidem* alio *Bern. b ibidem* aliae *ceteri libri p.* 98 2 iracundia *ed.* 1526 Ne dum cum feruat uictus iracundia *Frulerius Veris. II* 5

Digitized by Google

III (3)

. . . . an scéptra iam flacént? ferat.

MYRMIDONES

I (1)

Tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,
Ego péruicaciam áio et ea me utí uolo:
Haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident.
Tu addís quod uitio est, démis quod laudí datur:
Nam péruicacem díci me esse et uíncere
Perfácile patior, pértinacem níl moror.

II (6)

Clássis trahere in sálum [me] et uela uéntorum animae immíttere

III (2)

Mea fácta in acie oblíti . . . . .

IV (5)

Quódsi, ut decuit, stáres mecum aut méus [te] maestarét dolor,

III Non. 110, 12 'flaccet' (flacet W) 'languet, deficit . . . Accius Achille: an' e. q. s.

Incerta coniectura statui eandem fabulam fuisse Achillem et Myrmidones (Mvrmidones) I Non. 433, 1 'peruicacia et pertinacia hoc distant: peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia, pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus: tu' e. q. s. (perseuerantia om. Bamb.) Cf. Frontonis epist. IV 2 (p. 92 ed. Rom. II) p. 60 Nab., de quo loco dixi ad Ennii fr. inc. fab. LXII. II Non. 234, 8 'anima, uentus ....' Contulit Hermannus Homeri Il. IX 358 sqq.

III Non. 502, 1 'accusatiuus pro genetiuo.' IV Non. 137, 33 'maestaret pro maerentem faceret.' (mestaret Bamb., ubi uersus

---

3 flacent *libri* flaccent *edd.* 4 Antiloche *Scaliger Coni. p.* 1, *ms. Vossii* Anthilochae *ceteri libri* Antiloce *ed. pr.*, *recte* 5 aio *Aldina* ai *libri* et ea *Fruterius Veris. II* 5 et a *libri* et hac *Scaliger* ea, *om.* et, *Lachmannus in Lucr. p.* 163 *Versus* 6—9 *inuerso ordine in libris feruntur hoc:* 8 9 6 7, *quem correxit Bothius* 8 dici *Scaliger* dicis *libri* me esse *fort. ex* meed *ortum: cf. ad u.* 36 *et* 53 10 *sq.* lassis trahere in salum *libri* classes trahere in salum *Scaliger* trahere in salum Classes *Grotius Bibl. crit. nou. IV* classes trahere nauium Videas in salum me *Hermannus Opusc. V* 140. *Alia olim temptaui* 12 facta *Mercerus*, *Grotius Bibl. crit. nou. IV* fata *libri* 13 quodsi *Fruterius l. l.* quod sic

Digitized by Google

Iám diu inflammári Atridae náuis uidissént suas.

V (8)

'Iram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam.

VI (9)

Tua honéstitudo Dánaos decepít diu.

VII (3)

'Ego me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam.

VIII (7)

Régnum tibi permítti malunt? cérnant: tradam exércitus.

IX (4)

Nolo équidem: sed tu huic, quém scis quali in té siet
Fidélitate, ob fídam naturám uiri
Ignósce.

AEGISTHVS

I (2)

heu!
Cuiátis stirpem fúnditus fligí studet!

ipsi desunt ut plerumque in hac parte, et teste L. Muellero ann. philoll. 1867 p. 491 Leid. alter, ut puto. meriaret Leid. mertaret ceteri libri moeraret ed. Mediol. cf. 138, 33) V Non. 262, 15 'confidentia rursum temeritas, audacia ....' Cf. Homeri IX 496. 255 sq. VI Non. 120, 31 'honestitudo pro honestas. Accius Oenomao ... idem Myrmidonibus ...' VII Non. 396, 31 'sufferre est sustinere ....' VIII Non. 261, 24 'cernere rursum cedere, unde et cernere hereditatem filii patribus, id est cedere, dicti sunt.' Conferunt Homeri Il. IX 616 IX Non. 109, 31 'fidelitatem, id est fidem.' Quadrat ad hanc fabulam inc. inc. fab. XXVIII; de XXVII uaga est ariolatio.

AEGISTVM et CLVTEMESTRAM diuersas fabulas fuisse nunc statuo. AEGISTHVS (AEGISTVS: cf. fr. V) I Non. 110, 32 'fligi, affligi. Liuius Aegistho ... Accius Epinausimache ... idem Aegistho: heu' e. q. s.

---

libri: in sic *litteris* sei *latere potest.* stares *Gifanius* histares *compuncta* h *Leid.* istares *ceteri libri.* *Cf. Lachmannus in Lucr. IV* 283 te *Mercerus, om. libri* te meus m. *uel adeo* meus m. te *sunt qui praeferant* mertaret *libri* moeraret *ed. Mediol.* 14 Atridae *Mercerus* et re *libri* ardere *Fruterius Coni. ueris. III* 2 tetre *Bothius* 15 infrenes *Iunius in mg.* infrenis *libri* 16 decepit *Delrio* decipit *libri* 18 malim *Iunius in mg.*, *Hermannus* cernant *Mercerus* cernam *libri*, *et legit ipse Nonius.* exercitum *Aldina*

Digitized by Google

II (3)

Cui mánus materno sórdet sparsa sánguine.

III (5)

23 24 Celebrí gradu gressum ádcelerasse dédecet.

IV (1)

25 . . . . . néque fera hominum péctora
Fragéscunt, donec uím persensint ímperi.

V (4)

melius quám uiri
Cállent mulierés.

CLVTEMESTRA

I (1)

. . . . sed uáluae resonunt régiae.

II Non. 170, 3 'sordet, sordidata est.' III Non. 89, 25 'celebre non solum frequens, sed etiam uelox.' Seruius in Aen. IV 641 'celerabat] alii celebrabat legunt, quia antiqui hoc uerbum in uelocitate ponebant. Actius: celeri' e. q. s. IV Non. 111, 1 'fragescere, frangi.' Comparaui Aeschyli Agam. 1601 H. κρατηθεὶς δ᾽ ἡμερώτερος φανεῖ (1619 sq. 1639 sq.) V Non. 257, 30 'callet significat scit: hoc est calliditate, quae est urbana scientia. Accius Egisto ...' Similia sunt in Aeschyli Agam. 1605 τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς.

Clvtemestra nominis formam reuocauit Ritschelius opusc. II 497 sq.: cf. collecta a me ibidem 517 sq. et Fleckeiseni tit. L p. 13. Diphthongum oe Attio uindicaui in annall. philoll. LXXV 316 sqq. Actam a. 698 in ludis Pompei narrat Cicero ep. ad fam. VII 1. Cf. praeterea de off. I 31, 114. I Priscianus IX p. 863 P. 'haec tamen ipsa' (sc. in ui diuisas praeteritum desinentia, ut sonui, sonitum) 'et secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem . . . Accius in Clytaemnestra . . .' (clytemnestra Reg. et fort. Halb. clitemnestra Bamb. Bern. dytemnestra Sang. Grut. Karolir. clytēmestra Halb. corr.)

---

23 cum manus *Leid.* sparsa *ed.* 1526 sparso *libri, probauerunt G. Hermannus et Albertus Langius Quaest. metr. p.* 5 *Malim* sparsa sordet 24 celeri *Seruius* adcelebrasse *Nonius* adcelerauisse *Scaliger* dedecet *Buecheler conl. Soph. El.* 871 *sq.* decet *Seruius* docet *Nonius* addecet *Scaliger* condecet *Maehly ann. philoll.* 1857 *p.* 287. *Anapaestos* celebrique gradu Gressúm nunc adc. decet *ne nunc quidem plane repudiauerim: nam chorum etiam nunc audire mihi uideor* 26 persensint (*uel* persensere) imperi *Hermannus* persenserim imperii *libri* persenserint imperii *Bentinus* imperi persenserint *Bothius* 29 sed ualde *Reg. Bamb. Bern. Sang. et* i *uel* l *erasa Grut.* sual de *Carolir.* regiae domus *Lips. b*

II (4)

30 31 Omnés [se] gaudent fácere recte, mále pigrent.

III (5)

Deúm regnator nócte caeca caélum e conspectu ábstulit.

IV (10)

Flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere

V (6)

34 35 Péctore incohátum fulmen flámmam ostentabát Iouis.

VI (9)

Cúr me miseram inrídet, magnis cómpotem et multís malis?

VII (7)

Scíbam hanc mihi suprémam lucem et séruiti finém dari.

II Non. 219, 14 'pigret ... Accius tytesemestra ...' (clitemestra Vrbin. 308 Clytemnestra edd.) III Seruius in Aen. I 88 'eripiunt, i. e. abstollunt.' IV Non. 488, 12 'flucti pro fluctus. Accius Telefo ... idem Clytaemystra ...' V Seruius in Aen. I 44 'illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit] Probus et tempore legit ... sed qui legunt pectore, de Actio translatum affirmant, qui ait in Clytaemnestra de Aiace ...' (Clytemetra Cass.) VI Non. 521, 27 'compotem bonae rei solum dici existimatur, cum etiam mala re positum sit. Accius Clytemestra ...' (Clytemestrã Bamb.) VII Non. 226, 8 'suasione generis feminini [.... seruitus generis

---

30 *Sic nunc scripsi.* omnes g. f. r. mali g. *libri. Olim coll. Aeschyli Agam.* 501 *sq.* 580 *ausus sum* omnes boni Gaudént ualere recte, sed mali p., *in quibus* boni | omnes *praeiuerat Vossius.* boni omnes g. f. r., male pigrant *coniecit Bothius* omnes sic audent f. r., male pigrent *εἰρωνικῶς dicta Buechelerus. Septenarius* ómnes g. f. recte recti, nam mali p. *Grotio*, ómnes g. f. r. non mali, mali p. *Hermanno placuit.* 33 taetra *Mercerus, qui quod praemisit* et *omitti iussit L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 493 aetera, *om.* et, *Bamb.* et aetra, h *suprascripta, Leid.* et aetra *ceteri libri exceptis W et Basil., qui totum uersus dimidium omittunt* 34 in pectore *Seruius, quod olim in exitu uersus posui, ut Hermannum quoque uoluisse enarraui. Non seruaui* in, *quia ex eadem hoc nuntii narratione frustulum desumptum est, unde III et IV sunt.* fulmen inchoatum flammam *Seruius* fúlmen incohatum [flammans] flammam *olim edidi.* fulmen incitatum flammam *Bothius* fulmen inchoatam flammam, flammam *Beierus in Cic. de off. I* 31, 114 (*T. I p.* 244) incohatam *flagitat Kiesslingius* 36 me *edd.* meae *libri: an* mee *Attiana scriptura? cf. u.* 8 *et* 53 magnis *Lipsius Epist. quaest. V* 12 magis *libri* 37 suppremam *libri* seruiti *Bothius* seruitutis *libri* seruitii

Digitized by Google

VIII (3)

. . . ut quaé tum absentem rébus dubiis cóniugem
Tétinerit, nunc pródat ultorem?

IX (8)

. . . . . séras potiuntúr plagas.

X (2)

Mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ád-
probas.

AGAMEMNONIDAE

I (1)

. . . . . ínimicitias Pélopidum
Extínctas pausa, oblítteratas mémoria
Renouáre

II (2)

sic
Multi, ánimus quorum atróci uinctus málitia est,
Compósita dicta e péctore euoluúnt suo,

feminini.] Neutri Accius Clytemestra ...' VIII Non. 178, 12 'tetinerit pro tenuerit ... Accius Clytemestra ...' IX Donatus in Terent. Adelph. V 4, 17 'potitur accusatiuo casu ...' X Non. 125, 2 'incilare est increpare uel inprobare. Accius Meleagro ... idem Clytemestra ...' His reliquiis adiungi possunt inc. fab. fr. I. II. inc. inc. fab. LXVII.

Agamemnonidas et Erigonam, quas pro eadem fabula habeo, diuersas fuisse adfirmat Paulus Schmidt 'de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis' p. 59. Agamemnonidae I Non. 146, 29 'oblitterare est obscurefacere et in obliuionem ducere.' II Non. 260, 21 'componere, exsimulare uel fingere.'

Vossius 39 probat uictorem *ms. Fabri* prodat uictorem *Vossius, fortasse recte: et probauit Hermannus quoque. De senario tali fere* tetinerit, hunc nunc p. uictorem? nego *cogitari posse Buechelero uidetur.* 40 seras *ed. Veneta* siras *cod. Reg. apud Lindenbrogium* feras *ed. pr.* saeuas *conieci* serenas *uel* astriferas *uel* superas *malit Buechelerus* 41 matrem ob *Grotius* matre meo *libri* matrem me ob *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 82 incilans *Veneta*, *probauit Hermannus.* 42 Pelopidum *Vossius* Pelopidarum *libri* 43 extinctas *Bentinus* extincta *libri* pausa *scripsi* causa *Vrbin.* 307 tam *ceteri libri* iam atque *Iunius* fama *Buechelerus* 45 sic *delet Vossius* 46 multi *libri plerique*, *om. ms. Barthii* multis *ms. Fabri* iunctus *ms. Barthii*, *Schoppius Veris. IV* 12

Quae cúm componas, dícta factis díscrepant.

ERIGONA

I (5)

Locrórum late uíridia et frugum úbera

II (6)

Adséntio: age nunc tú tuam progéniem profer órdine.

III (10)

Hóspitem depósitam interimes?

IV (9)

Quód utinam me suís arquitenes télis mactassét dea!

V (1)

Tum aútem Aegisthus sí med eodem lécto comitassét patri!

VI (8)

Séd ubi ad finem uéntum est quo illum fórs expectabát loco,

'Adque Orestem gráuis sacerdos férro prompto adstítuerat

Erigona I Non. 498, 5 'genetiuus positus pro ablatiuo uel aduerbium loci ...' (Erigena Bamb.) II Non. 469, 18 'adsensit' (adsentit Bamb.) 'est et passiuum. Accius Neoptolemo ... idem Erigona ...' III Non. 279, 11 'deponere est commendare.' IV Non. 341, 25 'mactare est immolare ...' V Non. 85, 14 'comitasset pro cobuisset.' (cobitasset Salmasius Exerc. Plin. p. 825 cubuisset Bamb. Tur. concubuisset Vatic. 2916) VI Non. 315, 10 'graue, triste.'

---

49 Locrorum *edd.* locronum *libri* locorum *Bothius* lucorum *Buechelerus* latae *Leid.* fruguū *Bamb.* 50 tu tuam *libri*, *quod ut seruetur CFW Mueller prosod. Plaut.* 149 *duo hemistichia* adsentio: age nunc tu tuam | progeniem ede ordine *disponi uult.* tuam *ed.* 1840 profer *nunc scripsi.* et *libri* *Olim Merceri senarium* adsentio: age nunc tuam p. ede ordine *probabam* 51 depositam *Geneu. Leid.* deposita *ceteri libri* 52 arquitenes *libri*, *antiqua scriptura.* arcitenens *uulgo* 53 si med eodem *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 764 si me esse eodem *libri*, *quod* si meed *interpretari possis: cf. u.* 8 *et* 36 si me eodem *Grotius Bibl. crit. nou. IV* leto *Grotius*, *Palmerius* 54 fanum *Lipsius* uentum est in quo *libri* uentum in quo *Bothius* illum fors sectabatur *Palat.* fors illum sectabat *Vrbin.* 308 illum expectabat fors *Vossius* i. f. spectabat *Buechelerus* 55 ad quem *W* atque *ceteri* Orestem *Ritschelius opusc. II* 487 Orestes *libri*, *tuetur Buechelerus mactaturum Erigonam intellegens* Oresten *Grotius* ferro cum promto *Grotius* adsti-

Digitized by Google

VII (4)

[Nam] quámquam exanguest córpus mi atque annís putret

ALCESTIS

Cum stríderat retrácta rursus ínferis

ALCIMEO

I (4)

quós deseruit líberos,
Supérstites sunt

II (8)

'Vt me depositum ét maerentem núntio repéntino alacrem
Réddidisti adque éxcitasti ex lúctu in laetitúdinem!

III (2)

Quod di ín sedem infernám penitus

VII Non. 159, 19 'putret ...'

ALCESTIS Priscianus IX p. 867 P. 'strideo quoque stridi facit ... i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet ... Accius in Alcestide ...' (in Alcestide om. Sang.) Idem p. 893 P. 'strido et strideo tam tertiae quam secundae coniugationis inuenitur .... sed puto euphoniae causa non esse in usu strisi, sed stridi ... Accius in Alcestide ...'

ALCIMEONEM et ALPESIBOEAM unam eandemque fabulam fuisse adfirmat Bothius, iure negat Paulus Schmidt l. l. De nominis ALCIMEO forma quae disputaui uide in Ritschelii opusc. II 613 sq. I Non. 393, 24 'superstites ueteres ponebant incolumes ... Accius Alcemeone ...' II Non. 132, 9 'laetitudine pro laetitia. Accius Alcmenone ...' (alcimeone Vrbin. 307) III Non. 487, 25 'specis pro specu-

---

tuere *libri plerique* adsistit *Geneu. Basil.* adstitit *Grotius* 56 nam *Ritschelius opusc. II* 621, *om. libri* exangue est *libri* est exsangue *Bothius* mi *Bothius* mihi *libri* 57 tum *Grut. p.* 893 strideret *libri p.* 867 striderit *ed. Veneta* petracta (r) *Bern. p.* 867 rursum *Sang. ibidem: cf. Ritschelius opusc. II* 260 *sq.* rursus ab *Vossii ms.* rursum ab *Bothius* 58 suos *libri* *Interrogatio an adfirmatio sit non liquet.* *Senarium Bothii* suos d. l. superstites *probat Buechelerus* 60 depositum *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 780 repositum *libri* depositam *conici posse monui in quaest. scen. p.* 324 et maerentem *Iunius* inmerentem *libri* ac maerentem *Palmerius. An* ut maerentem? nuntio repentino *Bothius* repentino nuntio *libri* tam repente nuntio *Vossius* alacrem repente nuntio *Maehly ann. philoll.* 1857 *p.* 287 repentino alacrem n. *exitum commendat Buechelerus in antecedentibus corruptelam quaerens:* répĕntino *uel* répenino *caret auctoritate* 61 atque excitasti *Mercerus* adiue hesitastis *libri* ac me excitasti *Iunius* ac me excitastis *ed.* 1526 62 quod di in sedem infernam

Depréssum altis clausére specis.

IV (7)

qui ducat cúm te socerum uíderit,
Géneribus tantam ésse inpietatem? . . . .

V (1)

Fata út frustrando láctans uanans prótrahas.

VI (3)

Quia néc uos nec ille inpúne inriderét meam
Grandaéuitatem

VII (5)

Atque éccos segnis sómno et tarditúdine.

VIII (6)

Postrémo amplexa frúctum, quem di dánt, cape!

ALPHESIBOEA

I (5)

Ita térrita membra animo aégroto
Cunctánt subferre labórem.

bus. Accius Alcmeone ...' (Almeone Bamb.) IV Non. 487, 29 'generibus pro generis. Accius Alcmeone ...' (Alomeone W Alchimaeone Bamb.) V Non. 16, 22 'lactare est inducere uel mulgere uellere decipere ... Accius Alcimaeone ...' Idem 184, 1 'uanans dictum pro fallens. Accius Alcmena ...' VI Non. 116, 11 'grandaeuitas. Accius Alcimachone ...' VII Non. 181, 18 'tarditudinem et tarditiem pro tarditate ... Accius Alcmene ...' (Accius Alcmene om. Leid. Accius Alcmaeone Iunius) VIII Non. 470, 11 'amplexa pro amplexare. Accius Alcmeone ...' (solomeone Bamb.)
ALPHESIBOEA immo ALPESIBOEA I Non. 469, 23 'cunctant pro

L. Mueller annall. philoll. 1867 *p.* 495 quod di interdum inferam *libri* quod di in terram infernum *Buechelerus* quo di infernum *olim scripsi: nunc seruaui* quod *quamquam incertus, utrum sit aduerbium* quo (*cf. Pacuu.* 225) *an pronomen siue coniunctio. Chaos intellegi uult L. Mueller.* quod di interdiu infernum *Gulielmus Veris. I* 6 quod di interdiu inferum *Bothius* quod di ted infernis *uel* quod di infernis *Vossius, qui anapaestos agnouit* 63 depressum *Leidd. Bamb.* interpressum *celeri libri* clauserunt *Bothius* 64 socerum uiderit *Vossius* uiderit socerum *libri* generis hibus *suasit Schneidewinus* 66 fata ut *Buechelerus* tanta ut *libri p.* 16 tanta *libri p.* 184 tanta ui *Schoppius* tantum ut *Vossius* protrahit *libri p.* 184 protrahis *Schoppius* 67 nos *W* 69 signas *Leid.* 70 *Non dubitandum uidetur quin* amplexa *participium sit* 71 trita *ed. pr.*

Digitized by Google

II (4)

etsi est ín malis
Depósitus animus, quaé scibo exinde aúdies.

III (1)

[Nám] quid hic tam obscúre dictum est, támue ineno-
dábile?

IV (2)

Si tuí ueretur té progenitorís, cedo.

V (9)

. . . sed tibi caútim est adeundum ád uirum.

VI (2)

At uéreor, cum te esse 'Alcimeonis frátrem factis dé-
dicat

VII (6)

Cum ipsá simitu míseritudo meórum nulla est líberum.

cunctantur.' (Alpesiboea Bamb. Alphesiboea ceteri.) II Non. 279, 25 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur ... Accius in Tereo ... idem in Alfesiboea ...' III Non. 15, 10 'enoda significat explana ... Accius Eurysace ... idem Alfesiboea ...' IV Non. 497, 2 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuus pro accusatiuo poni placet ... Accius Alphesiboea: si' e. q. s. V Non. 512, 10 'cautim pro caute. Accius Alfesiboea: sed' e. q. s. VI Non. 280, 4 'dedicare est dicare. M. Tullius Accius in Alfesiboea ...' (Exciderunt post Tullius uerba Ciceronis) VII Non. 136, 19 'miseritudine pro miseria uel misericordia. Accius Astyanacte ... idem Alphesiboea ...'

---

74 animus, quae scibo exinde *Bothius dubitanter.* animus meus quae scibo exinde *libri* animus meus q. s. ex me *Vossius*, *Bothius* audies *Vossius* audiet *libri* in malis Méus etsi est depositus animus, quae scibo, exinde audies *Bothius* 2. *Temptaui uaria, e. c.* etsi meus est ín malis, *quod uerum uidetur, et u.* 74 exindaudies, *Kiesslingius* depositus animus meus quae scio ego indaudies; *non longius aberat* quae scio ea indaudies. 75 nam *om. libri* quid itam *libri* quid? itane *Bothius* 1 quid ita? tamne *Bothius* 2, *fort. recte* obscure dictum *Bothius* obscuri dicunt *libri*, *nisi quod* obscuro dicunt *mss. Merceri* obscuridicum *Mercerus* 77 sed ubi cautim est ad eundem *Bamb.* 78 at *Iunius* ad *libri* Alcimeonis *restitui in Ritschelii opusc. II* 513 Almeonis *libri* Alcmaeonis *uulgo* quoniam esse Alcumaéonis | te frátrem *temptauerat Ritschelius opusc. II* 486 dedicas *fuit qui proponeret* 79 simitu *Bothius* 2 simeta *libri* siet *Vossius* siet. Ah *Bothius* 1 meorum *Vossius* eorum *libri* nulla *Heinsius*, *Bothius* 2 ulla *libri* illa *Bothius* 1

Digitized by Google

VIII (8)

'O dirum hostificúmque diem, o uim tóruam aspecti at-
que hórribilem!

IX (3)

Sed angústitate inclúsam saxi, squálidam

AMPHITRVO

I (10)

Cum pátre paruos patrium hóstifice
Sanguíne sanguen miscére suo

II (4)

Vt tam óbstinatod ánimo confisús tuo

III (5)

An málad aetate máuis male mulcári exemplis ómnibus?

VIII Non. 485, 25 'aspecti pro aspectus. Accius Astyanacte ... idem Alfesiboea ...' (Alphesiboea W) IX Non. 73, 25 'angustitatem dictum pro angustia. Accius Alfesiboea: sed' e. q. s.
AMPHITRVONEM et PERSIDAS coniunxi cum Grotemeyero. AMPHITRVO (AMPITRVO) I Non. 224, 10 'sanguis masculino genere in consuetudine habetur ... neutro ... Accius Amfitryone: cum' e. q. s. II Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit — ut Accius in Amphitryone: ut tam' e. q. s. III Non. 1, 27 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... Accius Amfitryone: an' e. q. s. (Amfytryone Bamb.)

---

80 *Seruaui octopodiam dactylicam* (*non trochaicam*) *qualem olim edidi; nam 'monstrum' esse quod Aeschylus aliique Graecorum poetae tragici usurpauerunt mihi non persuasit L. Mueller ann. philoll.* 1868 *p.* 434. *Anapaestos ante hunc iam Geppertus de pronunt. serm. Lat.* 115 *commendauerat*, *quos qui praeferet*, *probabiliore quam illi poterit remedio elicere*, *si scripserit* o dirumque *e. q. s.* o dirum, *suprascr.* o, *Leid.* o diorum *Bamb.* odiorum *W* odiosum *Delrio* o odiosum *Geppertus* maestificumque *L. Mueller* ouium turbam *Leid. Bamb.* *An in trochaeis mensura* hóribilem *toleranda? cf.* 501 81 sed *libri*, *quod defendunt Geppertus l. l.* 94 *et CFW Mueller prosod. Plaut.* 288 sei *Lachmannus in Lucr. IV* 81 se *Buechelerus. An* sic *in fine antecedentis uersus fuit?* angustitatem inclusam ac saxis *libri* 82 paruus *Vossius*, *Bothius. An* pueros? patrium *Bothius* patrum *libri* parat *Vossius* hostifico *Bothius*
83 miscere *Passeratius* hiscere *libri* suum *Vossius* scio *Bothius* 84 aut *Aldina* obstinatod *in tragoedia etiam tum auditum esse statuo.* obstinato *cod. Olim* ego *addidi.* 85 *Iambos nunc notaui*, *olim trochaeos*, *cum* mala *pro monosyllabo haberem.* mala *libri* an mala | aetáte mauis *CFW Mueller l. l.* 384, *item si recte*

Digitized by Google

IV (8)

Sed quaénam haec mulier ést funesta uéste, tonsu lúgubri?

V (1)

. sí satis recte aut uéra ratione aúgurem

VI (9)

Tamen ét staturae grácilitudo própemodum et luctús facit,
Ne dúbitem.

VII (6)

Quín meum senium cúm dolore tuó coniungam et cómparem

VIII

Pértolerarem uítam cladesque éxanclarem inpétibilis.

IX (3)

Cédo quid ei redhóstis? tum Comaéto obbitet fácilius

IV Non. 179, 18 'tonsus pro tonsura ... Accius Amfitryone: sed' e. q. s. V Non. 469, 3 'auguro. Accius Oenomao ... idem Amfitryone ...' (augurio ... Amfitrione Bamb.) VI Non. 116, 2 'gracilitudo et gracilens pro gracilis ... Accius Amfitryone: tamen' e. q. s. VII Non. 255, 29 'comparare est sociare, coniungere. Accius in Amfitryone: quin' e. q. s. VIII Non. 292, 12 'exanclare etiam significat perpeti ... Accius Diomede ... idem Amfitryone ...' Hunc locum Plauti Amphitruoni IV 2, 14 inseruit suppositarum scaenarum auctor IX Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — — Accius in Amphitryone: cedo' e. q. s. Non. 165, 20 'redostit, reddit. Accius Amfitryone: quid' e. q. s.

---

intellexi Geppertus l. l. 113, *nisi quod hic temere* mauis aetate *transponi iubet.* 86 mulier est *Vossius* est mulier *libri* funesta *edd.* funestat *libri* funestast *L. Mueller de re m.* 38 *trochaeos dimetiens.* 87 si recte satis *Vossius* satis si recte *Bothius* nisi satis *Buechelerus. Conici praeter alia* nesi si satis *uel* ne, si s. *uel* si (nisi) sic s. *potest* uer ratione *Bamb.* augurem *ed. pr.* augurer *libri* augurent *ed.* 1480
88 tamen et staturae *Gebhardus Ant. Lect. I* 5 tamen et statuae et *libri* tamen ista tua *Iunius* tamen etsi tua *Vossius* támen et status *conl. inc. fab. XLII Vsenerus* propemodum *Grotius* et propemodum *libri* 92 cedo *om. Nonius* quid ei *uel* huic *nunc conieci*, quid mihi *olim.* quid hic *Nonius* ecquid te *Festus*, *H. Keilius Mus. Rhen. VI p.* 624 ecquid hic *Bothius* redhostis? tum Comaeto *scripsi* redostit niam cometem *Nonii libri* redhosti titum cum eas sem *cod. Festi teste H. Keilio l. l.*, *in quibus uide an haec* redhostis? tum iam (*uel* eum *uel* eam) facsim *lateant.* redhosti, cum ea seni *Scaliger* redhostit, ut cum ea se *A. Augustinus*, *Vossius* redhostit? an quo me *Mercerus* redhostit? iterum cura

X (11)

Si fórte paulo quám tu ueniam sérius

XI (7)

Miserét lacrimarum lúctuum orbitúdinis.

XII (12)

Non páruolam rem ordíbor. — Ne retice, óbsecro!

XIII (2)

Hócinest, quo tám temeriter tú meam beniuoléntiam
'Interisse es rátus?

PERSIDAE

Satin út quem cuique tríbuit fortuna órdinem,
Numquam úlla humilitas íngenium infirmát bonum?

ANDROMEDA

I (11)

Quot Lúna circlos ánnuo in cursu ínstitit

X Festus p. 343 M. 'setius' (serius Vrsinus) 'a sero uidetur dictum. Accius in Amphitryone: si' e. q. s. Paulus p. 342 M. 'serius Accius a sero comparauit, ait enim: ne, si forte' e. q. s. (Potest ne ex [Amphitryo]ne titulo reliquum esse.) XI Non. 146, 15 'orbitudinis pro orbitate. Accius Amfitryone: miseret' e. q. s. XII Non. 39, 21 'ordire est ponere, incipere. Accius Amfitryone: non' e. q. s. (ordiri Bamb.) XIII Non. 516, 3 'temeriter. Accius Amfitryone: hoc' e. q. s. (Amfitrione Bamb.)

PERSIDAE Priscianus de metris com. p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea ... Accius in Argonautis ... idem in Persidis ...'

ANDROMEDA I Non. 20, 25 'circus dicitur omnis ambitus uel goerus' (goeirus W girus, sed i in duarum litt. rasura posita, Bamb.) 'cuius diminutiuum est circulus.'

---

ne se *H. Keilius* obbitet *scripsi*, *sc. facinus quod flagitas.* obbiet *W* obtet *Leid.* obbiet *ms. Iunii* obiet *ceteri libri Nonii* obiectet *Festus* oblectet *A. Augustinus*, *Vossius* temptet *Mercerus* 93 ne si *Pauli Festus: u. supra* serius *Paulus*, *quod probat praeter O. Muellerum Fleckeisenus Mus. Rhen. VIII p.* 223 setius *Festus*, *tuetur Wagnerus Orthogr. Verg. p.* 472 secius *uel* sequius *Scaliger. Cf. Charisius p.* 194 *P. u.* setius *et* secus 95 *Personas distinxit Delrio* paruolam *Bothius* 2 paruam *libri* *An* ordibo? 96 hoccine est *Delrio* hoc in te est *ms. Doruill.* hoc in re est *ceteri libri* hocin rest *L. Mueller de re m.* 421 quo (*sic Leid. mss. Par.* 7657 *et* 7666 *Palat. Voss.* 116 quod *ceteri*) tu tam (ta *Bamb.*) temeriter *libri*, *quae transposui.* beneuolentiam *Bamb.* 97 interiisse ratus es *Palat. Doruill.* 98 satim *Leid. V* scin *olim conieci* quemcunque *Bothius* 100 quot *Lipsius Ant. Lect. V* 22 quod *libri* circlos

II (5)

Cum nínxerint caeléstium molém mihi.

III (14)

Nísi quid tua facúltas nobis túlat opem, pereám . .

IV (13)

103 104 Nec queí te adiutem inuénio: hortari píget, non prodesse íd pudet.

V (2)

105 106 Múliebre ingeniúm, prolubium, occásio . . . .

VI (7)

namque ut dicam té metu

II Priscianus X p. 882 P. 'ninguo quoque ninxi, unde et nix ...' (actius Reg. in Andromeda om. Sang.) III Macrobius de diff. et soc. Gr. et Lat. uerbi 6, 14 (in Keilii gramm. Latt. uol. V p. 607) 'fero tuli et tollo tuli ... Accius uero in Andromeda etiam ex eo, quod est tulo, quasi a themate tuli, declinat: nisi' e. q. s. IV Non. 424, 2 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae ... Accius Neoptolemo ... idem Anpromeda ...' (Andromeda Lipsius Ant. Lect. I 2) V Non. 64, 8 'proluuium ...' VI Non. 174, 22 'segnitas pro segnitia. Accius Aeneadis ... idem Andromeda ...'

---

post Osannum ad Cic. de rep. p. 379 *Buechelerus Coni. Lat.* 13 *sq.* circulos *libri* circos *Mercerus* cursu *Vatic.* curso *ceteri libri* 101 ninxerit *Bern.*, *fort. recte* (*Iuppiter scil.*) cum ninxerit caelestium molimine *Grotius* 102 quid *Bothius* quod *exemplaria* quidem *Bergkius symb. ad gramm. Lat. I* 55, *creticos horridulos nescio quos commendans.* facultas tua tulat nobis *Bothius* opem, peream *nunc scripsi duce Kiesslingio, qui* peribimus *uel* nos periimus *clausula uersum finiri uult. In comoedia* probe *adderem.* operam *exemplaria* opem *Bothius* opem cito *olim proposui, cum mancum uno pede ab initio quoque septenarium statuerem* 103 *sq. Octonarium iambicum qualem dedi agnouit L. Mueller de re m.* 38: *septenariorum trochaicorum frustula, quorum prius post* piget *terminetur, dispescuit Buechelerus l. l., senariorum, quorum posteriori tres primi pedes deessent, ego olim.* ne quiete *libri*, *nisi quod* quietem *ms. Iun.* nec qui te *Iunius, Lipsius Ant. Lect. I* 2, *Cuiacius Obseru. XI* 21 neque qui te *Buechelerus* adiuter *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 79 hortari piget *Scriuerius* hortari pudet *libri*, *Bergkius l. l.*, *fort. recte* id piget *edd.*, *Bergkius l. l.*, *fort. recte* 105 *sq. Trochaeos nunc cum Buechelero discripsi*, *olim creticos* prolubium *Lipsius* proluuium *libri* 107 *sq. libros nunc cum Buechelero secutus sum: olim haec ut fr. V creticis inclusi*, *quibus trochaici octonarii ultima dipodia* namque ut dicam *praeiret.* namque ut te metu Aut segnitate dicam *Vossius*

Digitized by Google

Aut ségnitate adiúuere dubitare, haút meum est.

VII (4)

Múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
Quíbus natura práua magis quam fórs aut fortuna óbfuit.

VIII (8)

Mísera obualla sáxo sento, paédore alguque ét fame

IX (1)

Quí neque terraest dátus, nec cineris caúsa umquam euasít uapos.

X

Immáne te habet témplum obuallatum óssibus.

XI (3)

Alui éducaui: id fácite gratum ut sít seni.

XII (12)

Quód beneficium haut stérili in segete, réx, te obsesse intélleges.

XIII (6)

Donéc tu auxilium, Pérseu, tetulistí mihi.

VII Non. 425, 11 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa. Accius Astyanacte . . . idem Andromeda . . .' VIII Non. 72, 7 'algu pro algore.' IX Non. 487, 10 'uapor et uapos . . .' X Non. 323, 10 'inmane, foedum. Accius Automedia . . .' (Andromeda Aldina Hippodamia Ladewicus Anal. scen. p. 34) XI Non. 422, 15 'alere et educare hoc distant: alere est uictu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere . . .' XII Non. 395, 25 'segetem etiam ipsam terram dicimus . . . Accius Oenomao . . . idem Andromeda . . .' XIII Non. 178, 16 'tetulit, tulit.'

---

108 adiuuere dubitare *scripsi* aut dubitare *W* addubitare *celeri libri* adire *uel* tardum dubitare *Buechelerus* *Interpellari sermonem sic* aut segnitate dubitare. — Haud id meum est. — Tace *Kiesslingius statuit.* aut meum *Leid.* haud meum *ceteri* 109 iniquo *Iunius* in quo *libri* auxere *Gulielmus Veris. I* 6 ausere *libri* 111 misere *Bothius* obualla *libri*, *tuetur Buechelerus.* obuallata *Delrio* obuallas *Bothius* obuallor *ci. Vsenerus* senio *libri*, *correxi* pudore *W* 112 terra est *Bamb.* terrae est *ceteri* cynneris *Bamb.* 113 *Posse etiam septenarium trochaicum ab initio mancum esse, qualem olim notaui, neque hic neque alibi monere uolui.* immane te habet *Aldina* immanitate habet *libri* immani tabe *Mercerus*, *quod placuit Buechelero.* 115 haut *Mercerus* aut *libri* obsesse *Gulielmus Veris. I* 6, *Fruterius Veris. II* 5 *Epist. phil. II ap. Grut. V* 385 obesse *libri* intelleges *Gulielmus* intellegis *libri*

Digitized by Google

XIV (9)

Nosque út seuorsum díuidos leto ófferes

XV (10)

Nam pósquam paruos uós oppressit fámulitas

ANTENORIDAE

I (3)

ad populum intéllego
Referúndum, quoniam horum aéquiter senténtiae
Fuére.

II (2)

Fortásse an sint, quos híce non mertét metus.

III (5)

Séd quis hic est, qui mátutinum cúrsum huc celerantér rapit?

IV (1)

Namque húc em uenio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

XIV Non. 95, 24 'diuidos, id est separatos.' XV Non. 109, 26 'famulitas est seruitus.' Perseus poterat inc. inc. fab. CIII dicere. Antenoridas et Deiphobvm titulos cur ad eandem referas fabulam causa idonea non est. Antenoridae I Non. 512, 29 'aequiter pro aeque ...' II Non. 138, 33 'mertaret, mergeret.' (fort. 'mertare, mergere') cf. Pauli Festus p. 81 u. exfuti, p. 124 u. mertat; Quintilianus I 4, 14. III Non. 513, 23 'celeranter pro celeriter. Accius tenoridis ...' (noridis Bamb. Antenoridis cdd.) IV Non. 127, 1 'integrare, redintegrare ...'

---

117 seuorsum *scripsi* seorsum *libri*, *quod ne duarum syllabarum mensuram egrediatur*, nosque uni *scribi suadet Buechelerus: idem adsequaris in trochaico septenario, cui desit prima dipodia* diuidos] *cf. Lachmannus in Lucr. p.* 306 offeras *Scriuerius* 118 posquam *Vrbin.* 307 postquam *ceteri libri* 120 referundum quorum aequiter *Bamb.* 122 fortasse an *debere trisyllabum esse concedo Gepperto l. l.* 11 *et L. Muellero de re m.* 253, *quorum ille quas sententiae facetias excogitauerit tacere malo. Ceterum ipse olim in addendis* fórtasse an sit *ut trochaici uersus, cui prima dipodia deesset, frustulum proposueram. Non offendit hiatus Bergkium symb. ad gramm. Lat. I* 107, *quamquam* fortassis an *facile scribi licuisse monet.* sint quos *ed. Mediol.* sit quod *Leid.* sit quos *ceteri libri* hic *libri* mertaret *L. Mueller propter lemma.* 123 hunc *Bamb.* capit *Palat.* 124 em uenio *scripsi*

Digitized by Google

V (4)

qui aút illorum cópias
Fúndam in campo, aut náuis uram, aut cástra mactabo ín mare.

DEIPHOBVS

I

[Deaé] Mineruae dónum armipotenti ábeuntes Danaí dicant.

II (2)

Eo ánte noctem exténta retia út prouehérem et státuerem,
Fórte aliquanto sólito lembo súm progressus lóngius.

III (1)

Nós continuo férrum eripimus, mánibus manicas néximus.

V Non. 341, 15 'mactare, praecipitare.'
DEIPHOBVS (DEIPOBVS: cf. fr. III) I Seruius in Aen. II 17 'Accius in Deiphobo inscriptum dicit' (sc. equum): 'Mineruae' e. q. s. (Dei foebo Cass.) cf. Hygini fab. 108 'in equo scripserunt: Danai Mineruae dono dant.' II Non. 534, 2 'lembus, nauicula breuis piscatoria. Accius Deifoebo ...' (deifob Bamb.) III Priscianus IX p. 861 P. 'nexo quoque nexas uel nexis, ut Probo placet, nexui. Vergilius tamen

---

inuenio *libri* aduenio *Bothius* 2, *Lachmannus in Lucr. p.* 163 uenio *Iunius* id uenio *Vossius* Troiae *Iunius* Trogae *libri* 125 qui aut *libri plerique* quieuit *Basil.* (*num latet* quei? *cf.* 103) quia aut *Mercerus* quin aut *Bergkius de fragm. Soph. p.* 4 quin *Bothius* 2 fundam in campo copias *Bergkius l. l.* 126 metabo *Bothius* 2
127 deae *om. Seruius* armipotenti *Fuld.* armipotentes *Cass.* abeuntes Danai *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 83, *Seru. Cass. part. II p.* 11 Danai abeuntes *libri* ábeuntes Danai Mineruae donum armipotenti dicant *L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 434 Minéruae armipotenti hóc abeuntes dónum Danai dédicant *Vsenerus* 128 eo ante noctem *Scriuerius* eo ante nocte *libri plerique* ante necte *Bamb.* eo ′Ante noctem *Bothius*, *CFW Mueller prosod. Plaut.* 289 ego autem nocte *Bergkius Mus. Rhen. l. l.* éo ănte *commendat Geppertus l. l.* 93 *Delere eo non ausim* extenta *Bothius* 2 externa *libri cf. Lachmannus in Lucr. I* 230 extrema *Iunius* ex terra *Grotius Bibl. crit. nou. IV* extremam *Bothius* 1 hesterna *Scriuerius* proueherem *ante Mercerum* praeueherem *libri* 129 aliquando *Bamb.* solito *Gerlachius* solitus *libri* quam solitus *Iunius* lymbo *Bamb.* 130 arripimus *Eutychis Tegerns.* manibus *conieceram*, *quod nunc*

IV (3)

Aút infandod hómine, gnato Láerta, Ithacensi éxsule,
Quí neque amico amícus ·umquam gráuis neque hosti hostís fuit.

V (4)

Vel hic quí me aperte effrénata inpudéntia
Praeséntem praesens díctis mertare ínstitit.

ANTIGONA

I (4)

Quid agís? perturbas rem ómnem ac resupinás, soror.

II (6)

. . . . quánto magis te istí modi esse intéllego,

... secundum primam protulit coniugationem. Liuius uero in Odissia: nexebant ... Accius in Deiphobo ...' (deiphoebo Sang. deipoebo [h] Grut. deipho Karolir.) Idem X p. 904 P. 'nexo nexis uel nexas nexui ...' (actius [c] Reg. Achius Bern. Karolir. in Deiphobo om. Sang. deiphebo Karolir. m. 2) Eutychis ars p. 2187 P. (gramm. Latt. ed. H. Keil. uol. V p. 485) 'nexo ... tam nexas ... quam nexis, ut Accius in Deiphobo ...' (in deiphebo Paris. Fris. inde inphobano sinos Tegerns.) IV Non. 314, 20 'graue multum, ualde significare ueteres probant ... nam et grauiter multum intellegitur ... Accius Deifobo: aut' c. q. s. V Non. 139, 1 'mertaret, mergeret. Accius Antenoridis ... idem Deifobo ...' Idem fere argumentum in EQVO TROIANO incerti poetae tractatum est.

ANTIGONA I Non. 165, 2 'resupinas, honeste, id est ab incepto reuocas uel peruertis significat.' II Macrobius Sat. VI 2, 17 'Vergilius: o praestans animi iuuenis, quantum ipse feroci Virtute exuperas, tanto me impensius aequm est Consulere, atque omnes metuentem expendere casus. Accius in Antigona ...'

---

uideo confirmari Eutychis Par. et Tegerns., *ubi* omnibus manibus *legitur.* omnibus *ceteri et Eutychis et Prisciani libri*, *nisi quod* omnes *Erl. a Prisciani p.* 904 131 infando homine *libri. Versui etiam* infando homone *satis faceret; quidam* in infando homine *legi posse monuit.* gnato Laerta *Rothius* gnato lerata *Basil.* gnatu laerat *W* gnato laerata *ceteri libri* gnato Laertae *Mercerus* generato Laerta *Vossius* Laerta gnato *Bothius* Ithacensi *Mercerus* ithacense se *Basil.* ait hac enase *W* ithacenase *ceteri libri* exule *W* ex exule *Basil.* ex solo *Mercerus* 132 quinque *W* 133 hic, *quod olim deleueram, nolui amplius turbare: tuentur Geppertus p.* 111 *et CFW Mueller l. l.* 323. me aperte *Rothius* me a parte *libri* me expertem *Bothius* 134 praesens praesentem *malit Kiesslingius* 135 soror *Iunius* sorori *libri* 136 isti modi *Ritschelius opusc. II* 692 istius modi *libri*

Tánto, Antigona, mágis me par est tíbi consulere et párcere.

III (2)

Attát, nisi me fallít in obitu
Sonitús

IV (3)

Heús, uigiles, properáte, expergite
Péctora tarda sopóre, exsurgite!

V (5)

iam iam neque dí regunt
Néque profecto deúm supremus réx [res] curat hóminibus.

VI (1)

. . ne istum número amittas súbitum oblatum . . .

ARMORVM IVDICIVM

I (3)

Sed íta Achilli armis ínclutis uescí studet,

III Non. 357, 22 'obitus rursus aduentus.' IV Non. 104, 16 'expergo' (expargo Vrbin. 307) 'pro expergefacio.' V Macrobius Sat. VI 1, 59 'Vergilius: iamiam nec maxima Iuno Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis. Accius in Antigona ...' Cf. Sophoclis Antig. 921 sqq. VI Non. 352, 17 'numero significat cito. Accius Oenomao ... idem Antigona ...' (numero significatione cito Iunius e Festo p. 170 M. nummo cito ms. Fabri numero significatio ceteri libri)

Armorvm Ivdicivm I Non. 416, 5 'uesci etiam significat uti ...'

137 consulere et parcere *tuetur Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 80 consulere parcere *Bothius* 138 *sq. Dactyli olim, postea trochaei uidebantur Bothio* 138 *An delendum* in? obitu *Palmerius* obitum *libri Buechelerus, cui duriores uidentur anapaesti, senarium* aduéntat, nisi (*uel* attát, nisei) me fallit in obitu sonus *commendat.* 140 *sq. Dactylos agnouit Hermannus elem.* 328: *pessimos anapaestos proposuit CFW Mueller l. l.* 408 expargite *Vrbin.* 307

142 *sq.* iamiam Néque *octonario trochaico olim cum Bothio dederam* 142 diregunt *Med. Borbon.* dirigunt *Anglic.* dii regunt *ceteri libri* regunt di *Bothius* 143 supremus rex *Borbon.* summus rex *ceteri libri* rex summus *Bothius* res curat hominibus *Buechelerus* omnibus curat *libri* iam neque di regunt Néque p. d. supremus rex iam curat omnibus *H. Keilius obs. crit.* 98. *Lusi uaria* iam iam ..... Neque di regunt [nos] néque profecto deúm rex summus (*uel* deúm supremus) ómnibus Curat *uel* iám iam neque regúnt di neque profécto deum rex ómnibus Súmmus curat *uel in altero uersu* néque p. d. rex summus rebus curat omnibus. 144 numero *edd.* enumerum *libri* subito *Vossius, fortasse recte* nuntium *excidisse potest* 145 ita *Grotius Bibl. crit.*

Digitized by Google

Vt cúncta opima léuia [iam] prae illís putet.

II (5)

. . . quid est, cúr componere aúsis mihi te aut mé tibi?

III (7)

. . . . nám tropaeum férre me a fortí uiro
Púlcrum est: si autem uíncar, uinci a táli nullum [mi] ést probrum.

IV (14)

In quó salutis spés supremas síbi habet summa exérciti.

V (8)

Intér quos saepe et múlto inbutus sánguine

VI (12)

Huius mé diuidia cógit plus quam est pár loqui.

VII (13)

Maiór erit luctus, cúm me damnatum aúdiet.

II Non. 257, 15 'componere rursus significat comparare.' III Macrobius Sat. VI 1, 56 'Vergilius: aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis, Aut leto insigni. Accius in Armorum iudicio . . .' IV Non. 485, 13 'exerciti uel exercituis pro exercitus.' Praecedentibus adiunxit Hermannus V Non. 521, 5 'inbuere consuetudo inducere uel inficere existimat, cum sit proprie maculare uel polluere uel inficere.' VI Non. 96, 21 'diuidia est taedium.' VII Non. 276, 32 'damnare est et morti dare . . .' Contulit Hermannus ex Sophoclis Aiace u. 462 *καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς Τελαμῶνι;*

---

nou. IV, Delrio it *libri* armis inclutis *Vossius* incletis armis *libri* inclytis armis *Iunius* 146 ut cuncta opima *Mercerus* ut ea cuncta optima Achilli inclyto *libri* ut cuncta aperte *Hermannus Opusc. VII* 368 iam *Hermannus*, *om. libri: an* praed *scriptum erat?* illius *L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 429 147 quid est, Cur *Hermannus l. l.* Quid est, Vlixe, cur *idem de Maduigii interpr. quarundam uerbi Lat. formarum p.* 11. *An integer est senarius?* te ac me *Hermannus* 149 si autem etiam uincar *Hermannus*, *cui ut Fruterio Veris. II 5 iambi placent.* si autem et uincar *antiquae edd.* sin autem et uincar *Fruterius* mi *Hermannus*, *om. libri* opprobrium *Paris.* uinci nullumst a tali probrum *Bergkius l. l. p.* 81, *fort. recte* 150 salutes *Palat.* spes supremas *Scriuerius* spesque summas *Leid. Bamb.* spesque supremas *ceteri libri* speres summas *conicio* spesque (*i. e.* speique) summam *Buechelerus* 151 imbutus *Bothius* inbutos *libri*, *Hermannus* 152 *Absque testimonio Nonii esset*, huius med inuidia *non displiceret.*

VIII (11)

154 'Vbi cura est, ibi ánxitudo acérbast, ibi cunctátio,
Cónsiliorum errátio et fortúnaest

IX (4)

155 Béne facis: sed núnc quid subiti míhi febris ciuít mali?

X (15)

Virtúti sis par, díspar fortunís patris.

XI (2)

Hem, uéreor plus quam fás est captiuam híscere.

XII (9)

Sed péruico Aiax ánimo atque aduorsábili

XIII (10)

Nám non facile síne deum opera humána propria súnt bona.

VIII Non. 72, 28 'anxitudo. Accius Eurysace ... idem Armorum iudicio: ubi' e. q. s. IX Non. 173, 29 'subiti dictum' (dicti libri) 'pro repentini.' X Macrobius Sat. VI 1, 58 'Vergilius: disce puer uirtutem ex me uerumque laborem, Fortunam ex aliis. Accius in Armorum iudicio . . .' Translata ex Sopholis Aiace (u. 550) ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος, Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός. XI Non. 120, 29 'hiscere est proprie loqui.' XII Non. 487, 15 'peruico pro peruicaci.' XIII Non. 362, 2 'proprium rursum significat

---

154 *Restituta poetae uerba Buechelero debeo, nisi quod hic* ibi cura *scribit.* acerbat ibi cuncta consiliorum ratio et fortunae sic *libri, nisi quod* ua tibi cuncta *et* fortunae sit *Bamb., in quo antecedit* accius *in ras.* (*post haec:* accius eurysace: persuasit meror anxitudo). *Post Laurenbergium illa prosa oratione conscripta esse statuerat Bothius et qui Attio abiudicabat Hermannus.* 155 bene fecisti id, ne quid *Hermannus* qui *Leid.* febris esciuit *libri* febrem exciret *Hermannus* febrem exciuit *Bothius* fibris aestuat *Grotius Bibl. crit. nou. IV* mali] mihi *Leid.* bene facis: sed num quid subiti mihi febrem exciuit mali? *Hermannus in schedis* 156 uirtutis is *Angl. Paris. Salisb. Med. a* uirtutis iis *Med. b* uirtute sis *Fruterius Veris. II* 5 157 captiuam *Grotius Bibl. crit. nou. IV, Hermannus* captiuum *libri, quod ad Teucrum rettulit Lobeckius ad Soph. Ai.* 1227 158 aduorabili *Bamb., sed ad recentiore manu ascripto.* uorabili *ceteri libri* auorsabili *ante L. Muellerum de re m.* 442 *G. Wolff Philol. XVIII* 234, *qui ad Soph. Ai.* 766 *praemisso u.*, 159 *in hoc* respondit *inter* sed *et* peruico *inseruit.* inorabili *Lipsius Epist. quaest.* 8 inexorabili *Vossius* immoderabili *Grotius* immemorabili *Bothius* inmorabili *Hermannus* intractabili *idem in schedis.* inreuocabili *Maehly ann. philoll.* 1857 *p.* 287, *qui uti poterat uersu* 710 *ex Orestis tragoedia:* qualis in hoste fuit trux inreuocabilis Aiax. *Ipse olim* euocabili *conieceram.* 159 propria humana *Delrio, Hermannus* propria humanum *Bothius* 1

XIV (1)

Cur uétera tam ex alto áppetissis díscidia, Agamemnó? . .

XV (6)

nóxitudo . . .
Oblítteretur Pélopidarum, ac pér nos sanctescát genus.

ASTYANAX

I (6)

Qui nóstra per uim pátria populauít bona.

II (3)

Nunc ín consilio id réges Argiuum aúcupant,
Id quaérunt

III (11)

Vtinam únicam mi antístitam Arquitenéns suam
Tutétur!

IV (8)

Nil crédo auguribus, qui aúris uerbis díuitant
Aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

perpetuum . . . .' XIV Non. 237, 21 'altum, uetus, antiquum . . .' XV Non. 143, 21 'noxitudo pro noxia.' Inseruerunt huic fabulae probabili coniectura inc. inc. fab. XXX—XXXII.

Astyanax (Astoeanax: fr. II) I Non. 471, 21 'populat est et passiuum populatur . . . Accius Astyanacte: qui' e. q. s. (Astianacte Bamb.) II Non. 467, 17 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo . . . Accius Astyanacte: nunc' e. q. s. (Asteanacte Bamb.) III Non. 487, 18 'antistitam. Accius Astyanacte: utinam' e. q. s. IV Non. 95, 8 'diuitant pro diuites faciunt. Accius Astyanacte: nil' e. q. s.

---

humanis propria *Bothius* 2 160 appetis *Vossius* 162 ocule noxitudo *libri* occule. Noxitudo *Vossius* hodie *uel* hoc oculo noxitudines *Bothius* 1 oculi noxitudo *Bothius* 2 occulte n. *Iunius* occulta n. *Hermannus. Sed uidetur* ocule *ex glossa* occule, occulta *p.* 148, 20 *huc irrepsisse, secuta illa, ni fallor, olim titulum* obliterare *p.* 146, 31 *cui ipsi noster locus erat adpositus. Varie transponi et mutari possunt uerba: uel* oblitteretur nóxitudo Pélopidum | . . . . ac pér nos sanctescát genus; *uel* Pélopidum | oblitteretur nóxitudo ac pér nos s. g. *Buechelerus haec* ó caelicolae, noxitudo oblitteretur Pelopidum | ac pér nos s. g. [abominatum antiquitus] *proposuit.* 163 uos *Hermannus* sanctescat *edd.* santescat *libri* 164 nostram *W*, *quod defendi potest* 165 concilio *Delrio* auriguum, g *compuncta*, *W* 167 mi *Bothius* mihi *libri* 168 tutetem *Bamb.* 169 nil *Bothius* nihil *libri* aures *Gellius* uerris deuitant *Leid. Nonii* 170 domus *Gellius*

Digitized by Google

V (13)

tum Calcás quidem
[Iam] prídem religiónem iactans désisset exércitum
Morári, nec me ab dómum itione arcéret obsceno ómine.

VI (12)

Ferúm feroci cóntundendum impériost, saeuum saéuiter.

VII (4)

Te própter tot tantásque habemus uástitatis fúnerum.

VIII (7)

Quorúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sánguinis.

Gellius XIV 1, 34 'multa etiam memini poetarum ueterum testimonia, a quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Pacuuianum illud ... item Accianum illud: nihil, inquit, credo' e. q. s. V Non. 357, 6 '**obscenum**, uitabile ... Accius Astyanacte: hunc' e. q. s. VI Non. 511, 3 '**saeuiter** pro saeue ... Accius Astyanacte: ferum' e. q. s. VII Non. 417, 12 '**uastitas** significat uastationem. Accius Astyanacte: propter' e. q. s. VIII Non. 172, 5 '**satias** pro satietas. Accius Astyanacte: quorum' e. q. s.

---

171 *sq. ut poteram restituere conatus sum.* hunc aicaispinem regionum fac ac desisset exercitum *libri*, *nisi quod* aciaspinem *Basil.* hunc altispicem Regionum fac desistat exercitum *Mercerus* 1 non Calchas Phrygiorum fata edixisset exercitum *Mercerus* 2 nunc Astyanactem reginominem fac ut Exercitum morari desinat *assumpto ex sequenti uersu* morari *Grotius* nunc Calchan spinis religionum fac desisse exercitum *Bothius*, *quibus partim probatis* nunc Calcham specie religionum fac desisse e. *Buechelerus* hunc auispicem fac religione exercitum *Bothius olim* nunc aio auspicem reditum facere desisse exercitum *Duentzerus Ephem. Darmst.* 1838 *p.* 54 *sqq.* hunc altispicem regiorum fac ut desistat exercitum *Gerlachius* nunc Calcham aruspicem legionum fac desisse exercitum *Hauptius Herm. V* 178 *Bothium in plerisque et Adrianum Heringam secutus*, *qui Obs. crit. p.* 294 legionum *coniecit. Ipse haec olim* [nam si auro locupletasses] hunc arúspicem, Iam réligionum fatis dudum desisset e. *luseram*, *saltem ut sententiam indicarem.* 173 domuitione *libri* domitione *L. Mueller de re m.* 420 arceret *Mercerus* marceretu *libri* arceretur *Iunius in mg.* arcere tam *Bothius* 2, *Hauptius. An latet* arceret suo *uel* tuo? omine *Mercerus* homine *libri* 174 ferum] ingenium *intellego.* serum *Bamb.* ferroci *Bamb.* imperiost *Vossius* imperisit *Bamb.* inperisit *ceteri libri* imperio *Mercerus* imperio et *Neukirchius de fab. tog. p.* 251, *Bothius* 2 175 te propter *Bothius* propter, *om.* te, *libri* propter te *Delrio*, *Hermannus Elem. d. m. p.* 159 176 ulla uuquam *Vrbin.* 308 satias *edd.* satietas *libri*

IX (5)

in celsis móntibus
Pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Froegiae términis.

X (1)

itera, in
Quibus pártibus (namque audíre uolo,
Si est quem éxopto) et quo cáptus modo,
Fortúnane an forté repertus

XI (9)

Híc per matutínum lumen tárdo procedéns gradu
Dérepente aspício ex nemore páuidum et properantem égredi.

XII (2)

Tróia est testis: quaére ex aliis, qui íllius miseritúdine
Nómen clarum in húmili saxo múltis memorant uócibus

XIII (10)

Abdúcite intro: nám mihi miseritúdine
Commóuit animum excélsa aspecti dígnitas.

IX Non. 159, 8 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt . . . Accius Astyanacte: in' e. q. s. X Non. 425, 8 'fors et fortuna hoc distant: fors est casus temporalis, fortuna dea est ipsa. Accius Atyanacte: itera' e. q. s. XI Non. 518, 11 'derepente ... Accius Astyanacte: hic' e. q. s. XII Non. 136, 16 'miseritudine pro miseria uel misericordia. Accius Astyanacte: Troia' e. q. s. XIII Non. 485, 21 'aspecti pro aspectus. Accius Astyanacte: abducite' e. q. s.

---

178 Phrygiae *Iunius in mg.* Froegiaet *libri* 179 *sqq. Anapaestos agnouit Grotius Bibl. crit. nou. IV, rectius disposuit Hermannus Elem. d. m. p.* 387 181 quam *W* 182 fortunane *libri*, *Hermannus*, *Lachmannus in Lucr. IV* 578. *An* fortuna? repertus *Mercerus* repertur *libri. An* repertust? 183 tardo procedens gradu *persuasit Vsenerus* tardo properantem gradu *libri* tardo prorepens gradu *Bothius* dum uado trepidanti gradu *Delrio* tardo properantem gradum *olim toleraueram* 184 auspicio *Bamb.* 185 illius: *cf. Ritschelius opusc. II* 683 miseritudine *ante Aldinam* miseritudinem *libri* 186 in tumuli saxo *Duentzerus* in-humili faxo *Bothius* memorent *Bothius*

Digitized by Google

ATHAMAS

I (6)

Prius quam ínfans facinus óculi uescuntúr tui

II (7)

Véritus sum arbitrós, atque utinam mémet possim oblíscier!

III (4)

Ah dúbito quid agis: cáue ne in turbam te ínplices.

IV (3)

Hostem út profugiens ínimici inuadam ín manus?

V (2)

Cuíus sit uita indécoris, mortem fúgere turpem haut cónuenit.

VI (5)

[Tuís] beneficiis hóstimentum grátum peperisti ét graue.

ATHAMAS (ATAMAS: cf. fr. IV. II. III) I Non. 56, 12 'infans a non fando dictus est ... et est quod aut dici non debeat aut fari non possit ... Accius Athamante: prius' e. q. s. Idem 416, 12 'uesci iterum uidere. Accius Athamante: prius' e. q. s. II Non. 500, 1 'accusatiuus pro genetiuo ... Accius Eurysace ... idem Epinausimache ... et Adamante ...' III Non. 524, 25 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Adamante ...' IV Non. 324, 1 'inuadere rursum quasi in uadum ruere. Accius Atamante ...' V Non. 489, 1 'indecoris pro indecora. Accius Athamante ...' VI Non. 315, 18 'graue, solidum et firmum. Accius Athamante ...'

---

189 infantis *W p.* 56 infortis *Leid. ibidem* uesciumtur *Leid. p.* 56 uestiuntur *W ibidem* 190 arbitros *Bothius* arbitror *libri* possim memet *Scriuerius senario* obliscier *Leid.* obliuiscier *celeri libri, nisi quod* obliscierent *pro* obliscier in *e. q. s. Bamb. Cf. Ritschelius Prol. Trin. p.* 152 *et in Mil.* 1359 191 ah dubito *ed.* 1526 an dubito ha *libri* haut dubito *Bothius* 1 at dubito *Bothius* 2 at dubita *Maehly l. l.* 287 ah uide tu *prop. Vsenerus* te *om. Bamb.* implices *edd* implicis *Bamb.* inplicis *ceteri libri* 192 hostem ut profugiens *Bothius* ut profugiens hostem *libri, quod fuit qui defenderet.* 193 indecora *Leid.* fugere turpem haud conuenit *Iunius* fugere turpe aut conuenit *libri plerique* fugere haut conuenit *ms. Complutensis teste A. Schotto Obs. hum. II* 5 194 tuis *om. libri* meis *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 82 beneficiis *Palat.* ueneficium *Vrbin.* 308 ueneficius *ceteri libri* hostimentum gratum peperisti et graue] grauem hostium peperisti et graue

Digitized by Google

VII (1)

'Atque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala.

ATREVS

I[a]

Schol. ad Ouidii Ibin u. 427 p. 468 Merk. 'Thiestes cum uxore fratris sui Atrei concubuit et genuit ex ea filios: quos Atreus dedit ipsi Thiesti ad comedendum: quod scelus sol uidens retro fugit. ut dicit Statius in tragoediis et Ouidiis Metamor.' Pro eo quod est Statius legendum esse Attius conieci, si modo fides habenda est nebuloni.

I[b]

Seruius in Aen. VIII 130 'alii ita tradunt Steropes et Atlantis filios Oenomaum et Maiam fuisse, Oenomai Hippodamiam filiam, unde Atreus natus; at Maiae filius Mercurius, ex quo Arcades, de quibus Euander, quod Accius in Atreo plenius refert.'

II (5)

Simul ét Pisaea praémia arrepta á socru possedít suo

III (13)

Atreus

Iterúm Thyestes 'Atreum adtractatum áduenit,

VII Non. 470, 22 'miserarent pro miserarentur. Accius Athamante ...' (Athanante Bamb.)

ATREVS II Priscianus VI p. 698 P. 'uetustissimi tamen communiter hic et haec socrus proferebant.' III Cicero de orat. III 58, 218 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'uis: contentum, uehemens, imminens

---

libri plerique hostem graue peperisti *Palat.* egregiis hostimentum peperisti graue *Grotius* hostimentum peperisti gratum (*melius erat* gratum peperisti) et graue *Bergkius l. l.* hostimentum peperisti graue *Bothius* 195 miserarem *Bothius* 196 praemia Pisaéa *Vossius* erepta *Reg.* (*in mg. m.* 2 al arrepta) *Bern. Sang. Grut. Karolir.* socro *Sang. m.* 1 *Bamb. Grut. Karolir.* socr* *Halb.* *Integrum octonarium feci cum Bothio*, *quem olim inter senarios duos sic* simul . . . socru | . . . . p. suo *distribueram* 198 adtractatum *Abrinc. Erl. a Lagom.* 2 3 13 67 *Pearcii Z* attractatum *uel* atractatum *alii*

Digitized by Google

Iterúm iam adgreditur me ét quietum exúscitat:
Maiór mihi moles, máius miscendúmst malum,
Qui illíus acerbum cór contundam et cómprimam.

IV (15)

[quae] ego incípio conata éxequar.

V (9)

Atreus

óderint,
Dum métuant.

VI

Qui nón sat habuit cóniugem inlexe ín stuprum.

quadam incitatione grauitatis [198—201].' Idem Tusc. disp. IV 36, 77 (cf. Enn. Iphig. IV) 'ut facile appareat Atrei filios esse eius, qui meditatur poenam in fratrem nouam [200. 201]. Quo igitur haec erumpit moles? Audi Thyestem [XVI]. Eorum uiscera apponit.' Idem de nat. deor. III 26, 68 'quid? ille funestas epulas fratri comparans nonne uersat huc et illuc cogitatione rationem? [200. 201] Nec tamen ille ipse est praetereundus [VI], de quo recte et uerissime loquitur Atreus [VII]. At id ipsum quam callide, qui regnum adulterio quaereret [VIII]. Videturne summa improbitate usus non sine summa esse ratione?' IV Non. 202, 13 'conatus masculino. Neutro Accius Atreo . . .' V Seneca de ira I 20, 4 'non aliquae uoces ab iratis emittuntur ...? qualis illa dira et abominanda: oderint dum metuant. Sullano scias saeculo scriptam.' Idem de clementia I 12, 4. II 2, 2 'ut illam' (sc. uocem) 'oderint d. m., cui Graecus uersus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet.' Cicero de off. I 28, 97 'ut si Aeacus aut Minos diceret: oderint d. m. aut [XIV], indecorum uideretur, quod eos fuisse iustos accepimus. At Atreo dicente plausus excitantur: est enim digna persona oratio.' Idem pro Sest. 48, 102 'multae insidiae sunt bonis uerissime dictum est. sed [215] inquit [216]. Nollem' (sic Reg. m. 1 Gembl. nullum ceteri libri, quod poetae tribuit etiam Lachmannus in Lucr. I 141) 'idem alio loco dixisset' (sic Wesenbergius dixisse Vat. dixit ceteri dixet Maehly ann. philoll. 1854 p. 48) 'quod exciperent improbi ciues: oderint d. m.' Schol. Bob. in l. l. 'et hoc eiusdem poetae est: oderint dum metuant, quam sententiam detestatur quasi tyrannicam et inauspicatam liberae ciuitati.' Cicero Phil. I 14, 34 'quod uidemus etiam in fabula illi ipsi, qui oderint d. m. dixerit, perniciosum fuisse.' Suetonius Calig. 30 'tragicum illud subinde iactabat: oderint d. m.' Inuertit Tiberius dictitans 'oderint dum probent' teste Suetonio Tib. 59. Cf. Columna in Enn. p. 298 VI Cicero de nat. deor. III 26, 68

---

atritatum *Gud. c* ater etiam tum *Lagom.* 35 70 alter etiam tum *Pal.* 6 7 adtractum *uel* atractum *Erl. b cum aliis* attrectatum *Ellendtius* mecum altercatum *Lambinus* 200 miscendumst *Wolfius*, *Wesenbergius Emend. Tusc. II* 46 miscendust *Abrinc. de or.* miscendum est *ceteri* miscendum, *om.* est, *Tusc. libri* 201 cor *om. Abrinc. Erl. a et b aliique libri de orat.* 202 quae *om. libri* exsequor *mauult Bothius* 203 *sq. Fortasse in uno uersu* óderint dum métuant *scriptum fuit* 205 qui *Ciceroni reddit Schoemannus* inlexse

VII (18)

Atreus

. . . quod re in súmma summum esse árbitror
Períclum, matres cónquinari régias,
Contáminari stírpem ac miscerí genus

VIII (19)

Adde húc quod mihi porténto caelestúm pater
Prodígium misit, régni stabilimén mei,
Agnum ínter pecudes aúrea clarúm coma
Quondám Thyestem clépere ausum esse e régia,
Qua in re ádiutricem cóniugem cepít sibi.

IX[a] (inc. trag. 49)

Thyestes

. . . uigilándum est semper: múltae insidiae súnt bonis.

(uide III) Versum esse intellexit Heindorfius VII Cicero de nat. deor. III 26, 68 (uide III) VIII Cicero de natura deor. III 26, 68 (uide III) Non. 20, 15 'clepere est furari . . . M. Tul. de re publica . . . idem de nat. deor. lib. III: [211. 212].' Omittunt hunc locum W Leid. Basil. mss. Merceri. Reuocauit ad hanc fabulam VII et VIII Columna

IX Cicero pro Sest. 48, 102 (uide V) Idem pro Plancio 24, 59 'quae ille a Ioue ortus suis praecipit filiis [214]. Nostis cetera: nonne? Id quod multi inuideant: quae scripsit grauis et ingeniosus poeta, scripsit non ut illos regios pueros, qui iam nusquam erant,

---

Leid. B ilexe *Vind. m. pr.* illexe *idem corr. m.* 2 *cum ceteris* in] ad *Erl.* 206 quod] qui *Erl.* in re in *Leid. C* in re summa *codd. aliq.*, *Dauisius*, *fortasse recte.* esse periclum arbitror *ex Reg. Lincoln. Dauisius* 207 periclum (u *inter* c *et* l *suprascr.*) *Leid. A* periculum *Leid. B Erl.* conquinari] *cf. Marius Victorinus p.* 24 *G.*, *Lachmannus in Lucr. p.* 135 quoinquinari *Leid. A et suprascr.* co *Vind.* coinquinari *ceteri* regiam *Vind.* (*ante litteram erasam*), *Reg. Med.* regum, regiam *Dauisius* regiam regias *Eliens.* 208 ac misceri] admisceri *libri* 209 adde *etiam Scriuerius* addo *libri* caeleste *Pal.* 212 quondam Thyestem *quidam Cic. libri*, *ms. Fabri in Nonio*, *Manutius.* quendam (*e corr. Leid. B*) Thyestem *Leidd. BC Med. Lincoln.* quem dicunt Thyestem *Reg. Cantab.* quam dant thiestem *Erl.* quem dant hyestem (*corr. ex* hyestim) *Vind.* quem cleanthyestem *Pal.* quem de ara Thyestem *uetustissimus Vrsini* quem clam thyestem *Leid. A* clepe *Erl.* esse ausum *Orelliana* a regia *Erl.* 213 qua (*post litt. erasam*) *Leid. A* aqua *s.* a qua *Leidd. BC Erl. Vind. Pal.* adiunctricem *Erl.* caepit *Leidd. AC* coepit *Leid. B* 214 iugulandum *Tegerns. pro Plancio*

Digitized by Google

IX^b

'Id quod multi inuídeant multique éxpetant inscítiast
Póstulare, nísi laborem súmma cum cura écferas.

X (4)

Ne cúm tyranno quísquam epulandi grátia
Accúmbat mensam aut eándem uescatúr dapem.

XI (1)

Epulárum fictor, scélerum fratris délitor.

XII (2)

cóncoquit
Partém uapore flámmae, ueribus ín foco
Lacérta tribuit.

sed ut nos et nostros liberos ad laborem et ad laudem excitaret.' Cf. Wunderi Proleg. p. LVII sqq. Eodem Garatonio in Verr. V 71, 181 Cicero uidetur respexisse. Ex Atreo ut III petita coniecit Halmius. Cf. ex Euripidis Cressis fr. 464 *οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν, Αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν*, et Thyest. fr. 396 *εἰ δ' ἄτερ πόνων Δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.* X Non. 415, 25 'uesci est edere . . .' XI Priscianus IX p. 873 P. 'a deleo . . . deletum, a delino delitum nascitur, quod Probus et Caper comprobant usu quoque adiuuante . . . Accius in Atreo . . .' (in Atreo: epularum om. Sang.) Thesaurus nou. lat. ap. A. Mai auct. class. VIII 178 'delitor, qui aliquem occidit. Accius: fictor scelerum, fratris deditor delitor.' Ibidem 301 'hic perlitor, ris ·i· occisor, unde Accius: fictor scelerum, fratris perlitor.' Videtur perditor in aliquo codice traditum fuisse: an sequentis uersus exitus puerorum perditor fuit? XII Non. 210, 30 'lacerti generis masculini. Neutri Accius Atreo: concoquit . . . lacerta in focos. Loca generis sunt neutri . . . masculini' e. q. s. (lacerta. Locos dixere gen. masc. Loca generis sunt neutri Vossius dubitanter)

215 id quod *libri pro Plancio*, *Sestianae ed. Heruagiana ex egregio cod. profecta*, *probauit Wesenbergius.* te (de *Reg. m.* 1) id quod *libri pro Sest. Reg. Gembl.* uideant *Tegerns. pro Plancio* expectant *Gembl.* inscitiast *Reg.* inscitia est *Gembl.* 216 postulare ni *uel* nisi *Wesenbergius* postularent siui *Reg. m.* 1, *Gembl.* postulare si *uulgo*, *Lachmannus in Lucr. I* 141 summū (summe *corr.*) cura *Gembl.* ecferas *Reg.* haec feras *Gembl.* 219 epistolarum *Bamb.* deditor delitor *Lexicogr. Vatic. p.* 178 perlitor *idem p.* 301 221 uapor *Vossius*, *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 82 flammae *Vossius*, *Bergkius l. l.* flammam *libri* flammeo *Vossius dubitanter* ueribus in foco Lacerta tribuit *ordinaui* tribuit ueribus lacerta in focos *libri*, *in quibus Vossius uel* in foco *corrigendum uel delendum* in focos *coniecit.* lacerta stridunt uerubus in foco *Bergkius. Admittunt numeri hunc quoque ordinem:* tribuit in foco Veribús lacerta

Digitized by Google

XIII (6)

Sed quíd tonitru turbída toruo
Concússa repente aequóra caeli
Sensímus sonere?

XIV (10)

Atreus

natís sepulchro ipse ést parens.

XV (8)

Thyestes

fregistí fidem.

Atreus

Néque dedi neque do ínfideli cuíquam . . . . .

XVI (11)

Thyestes

'Ipsus hortatúr me frater, út meos malís miser
Mánderem natós.

XIII Non. 505, 15 'sonere inde tractum est . . . Accius Neoptolemo . . . idem Atreo . . .' XIV Cicero de off. I 28, 97 (uide V) Schol. Gud. 'tu nati sepulcro, i. pro sepulcro, i. in uentre tuo natum tuum sepelisti.' XV Cicero de off. III 28, 102 'deinde illud etiam apud Accium [227. 228] quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.' Ibidem 29, 106 'nam illud quidem [228] idcirco recte a poeta, quia, cum tractaretur Atreus, personae seruiendum fuit.' XVI Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 (uide III) Idem de orat. III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum, incitatum, crebro incidens: [229. 230] et ea quae tu dudum, Antoni, protulisti: segregare abs te ausus, et [XVIII] et Atreus fere totus.'

---

223 tronitru *Bamb.* tronitu *W* toruo *edd.* torbo *libri* 225 sonare *Bamb.* 226 nati *Gud. a, schol.* sepulcrum *Gudd. a c Basil.* es *scholiastam Gud. legisse recte concludit Heusingerus, probat Stuerenburgius* sit *Goth., duo Oxon., Lambinus* 227 fregisti *Bern. c* fregistin *Bern. d, fort. recte* fregistine *ceteri* 228 neque do infideli cuiquam neque dedi fidem *Muretus Var. Lect. XIV* 3 (*nam* fidem *in codd. interpolatis modo post* cuiquam *modo post* do *insertum*) 229 ipsus *Lagom.* 69, *ed. Rom.* 1469 *de orat.* ipse *plerique Lagom. de orat.* ipsius *Abrinc. Erl. de orat.* ipsum *Reg. Pith. Bern. cum ceteris in Tusc., nisi quod* impium *Oxon. unus* impius *Iuntina de orat., Bentleius* hortatust me *Bothius* me hortatu' *Bentleius* 230 manderem *libri plerique de or.: cf. Seneca Thy.* 779 manda rem *Lagom.* 13 76 81 *de orat., libri Tusc., defendit Baiterus coll.*

XVII (7)

'Egone Argiuum impérium attingam aut Pélopia dignér domo?
Quó me ostendam? quód templum adeam? quem óre funesto álloquar?

XVIII (12)

'Ecquis hoc animaduórtet? uincite!

XIX (15)

Numquam ístam imminuam cúram infitiandó tibi.

XX (inc. inc. fab. XVIII. Enn. Hec. 17)

234[1] Probae étsi in segetem súnt deteriorém datae 672
Frugés, tamen ipsae suápte natura énitent.

XVII Non. 281, 4 'dignatus significat dignus habitus ... Accius in Neoptolemo ... idem in Atreo ...' XVIII Cicero de orat. III 58, 217 (uide XVI) Idem Tusc. disp. IV 25, 55 'ecquis ... uincite! num aut egisse umquam iratum Aesopum aut scripsisse existimas iratum Accium?' (actium Brux.) XIX Cicero in Pis. 33, 82 'quamquam, quod ad me attinet, numquam istam' c. q. s. Asconius in l. l. 'prope notius est, quam ut indicandum sit, hunc uersum esse L. Acci poetae et dici a Thyeste Atreo.' (ab Atreo Thyesti Duentzerus Ephem. Darmst. 1839 p. 292.) XX Cicero Tusc. disp. II 5, 13 'nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, falsumque illud Acci: probae ... enitent, sic animi non omnes culti fructum ferunt.' (Acci: probae Muretus uar. lect. XVI 20 acinprobe Gud. Brux. acimprobe Reg.) Schol. Laur. ad Verg. ge. I 2 (editum a Th. Mommseno mus. Rhen. XVI 443) 'nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur, [sed] pro terra arata ... Accius' (acius cod.) 'in Atreo:' (atrio cod.) 'si in segetem deteriorem datae sunt fruges' (spuges cod.) Non nimis similia sunt Euripidea Hecubae u. 592:

οὔκουν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει,
χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν
κακὸν δίδωσι καρπόν.

Lucr. II 638 mandem *Lambinus* natos, eorum uiscera apponit *Bentleius, sequentia in Tusc. uerba adsumens* 231 Pelopia *Vossius* Pelopis *libri* 232 quoi me *Lipsius Epist. quaest. IV* 8 quem ore *mss. Fabri et Merceri, Lipsius* quae more *ceteri libri* alloquar *Mercerus* colloquar *libri* 233 et quis *libri Tusc.* quis *uel* et quis *uel* ei quis *uel* equis *libri de orat.* ecqui *Geppertus l. l.* 114, *quocum consentiet ni f. CFW Mueller* (*cf. prosod. Plaut.* 424 *sq.*) hoc *om. Gud. c et codd. C. Stephani* animaduortet *Abrinc. de or.* animaduertet *Erl. cum aliis* animaduertit *libri plerique* 234 inminuam *Erlang.* inficiando *Erlang.*

Digitized by Google

BACCHAE

I (5)

Deinde ómni stirpe cum íncluta Cadméide
Vagánt matronae pércitatae insánia.

II (7)

Et núnc siluicolae ignóta inuisentés loca

III (6)

. . . . aericrepantés melos

IV (11)

'Agite modicó gradu! iácite nisús leuis!

V (17)

o Díonyse, óptime

Ceterum duo fragmenta XVIII. XIX, item inc. fab. I dubitari potest num forte rectius Pelopidis reddenda sint. Praeterea ad Atreum conicio referenda esse inc. fab. V. VII, inc. inc. fab. LX.

BACCHAE (BACCAE) Euripidis. I Non. 467, 25 'uagas pro uagaris ... Accius Bacchis ... percitatae tumultu uecordi uagas insania. Turpilius Leucadia: uultu uecordi uagas insania.' (Bacchis edd. vaccheis libri plerique vacchēus Bamb.) Contulit Boeckhius de trag. Gr. princ. p. 313 Euripidis Baccharum u. 35sqq. *καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι Γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων· Ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι κ. τ. λ.* II Macrobius Sat. VI 5, 9 'siluicolae Fauni ... Naeuius ... Accius in Bacchis ...' (bachis Par.) III Non. 213, 12 'melos ... masculino Accius Vaccis ...' (Bacchis Iunius) IV Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commodum dici uolunt ... Accius Bacchis ...' V Macrobius Sat. VI 5, 11 'uitisator curuam seruans sub imagine falcem. Accius in Bacchis ...' (bachis Par.)

---

235 omnis *libri* inclita *Bamb.* inclyta *ceteri libri* Cadmeide *Mercerus* Cadmide *libri* 236 percitatae insania *L. Mueller de re m.* 33 percitatae tumultu uecordi uagas insania (*u. supra*) *libri*, *nisi quod* percitate *Bamb.* percitae ac tumultuant *Bergkius*, *Grotemeyer l. l. p.* 60 percitatae tympano *M. Hauptius Philol. I* 663 percitae tumultibus *Grotius Bibl. crit. nou. IV*, *praeeunte* percitae *Iunio* percitae tumultubus *Boeckhius Gr. trag. princ. p.* 313 237 et nunc *om. Angl. Salisb. Med. a b c* 238 aericrepantes, *i. e. χαλκόκροτα Buechelerus* acri crepantes (crepitantes *Vrbin.* 308, *Aldina*) *libri* acre cr. *Scriuerius* acris cr. *Iunius in mg.* acri crepitantes melo *L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 240 *mira usus argumentatione* 239 iacet et nisus *libri* nisus iacite *Scaliger Coni. p.* 58 iacite thyasos *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 778 iacite thyrsos *Scriuerius*, *non male* 240 dionise *Par.* optime Patér *L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 139 pater optime *exemplaria*

241 242 Patér, uitisator, Sémela genitus, eúhie!

VI (4)

. . . ubi sanctús Cithaeron
Frondét uiridantibus fétis.

VII (13)

245 Quia néque uetustas néque mos neque grandaéuitas

VIII (8)

Eí lanugo flóra nunc demum ínrigat

IX (2)

. . . neque sat fíngi neque dicí potest
Pro mágnitate.

X (1)

249 250 Laétum in Parnaso ínter pinos trípudiantem in círculis
Lúdere . . . . átque taedis fúlgere

VI Non. 489, 3 'fetis pro fetibus. Accius Bacchis: ubi' e. q. s. (Bacchi sub Bamb.) VII Non. 116, 13 'grandaeuitas. Accius ... idem Bacchis ...' VIII Seruius in Aen. XII 605 'Probus sic adnotauit: neotericum erat flauos' (sic P. Daniel 'fluuium' Paris. 7929); 'ergo bene floros' (flores Par., corr. Daniel), 'nam sequitur: et roseas laniata genas. Accius' (acciui Par., corr. Daniel) 'in Bacchidibus [XIII] in iisdem [VIII]' Extat locus solo in Par. IX Non. 136, 28 'magnitate pro magnitudine. Accius Vacces . . .' (Bacchis ed. 1526). Cf. Euripidis Bacch. 273 *οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσος Καθ' Ἑλλάδ' ἔσται.* X Non. 506, 18 'fulgere correpte pro fulgēre . . . Accius Bacchis . . .' Comparauit Scaliger Coni. p. 87 ex Euripidis Bacch. u. 306 sqq. *ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις Πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα κ. τ. λ.*

242 genitus Euie *Scaliger* genitus euhia *Par. Med. a* genitus euchia *Angl.* (*cf. Lobeckii Aglaoph. II* 1044) g. eubia *Med. b Salisb.* g. Euthyus *ceteri libri* genite Euhie, *ut olim anapaestos dimensus edidi, Ianius quoque commendat.* genitus. — Eu, Thyiae *Bothius* 243 *sq. Anapaestos agnouit Grotius* 245 quin neque mors, *deletis* neque uetustas, *Bothius* 2 mos *Bothius* mors *libri* 246 ei *sripsi* et *Par.*, *Daniel* lanugo *Daniel* laguna *Par.* flora *Scriuerius* floro *Par.* nunc genas demum *uulgo* 247 neque sat *ante Aldinam* nam quae s. *libri* neque] ne *Leid.* 249—251 *Numeros reuocaui quales prioris uersus iam Scaliger agnouerat, a cuius auctoritate poetandi nescio quo furore Bacchico abreptus et exemplo Euripideo s. l. instinctus olim recesseram. At hoc saltem iam tum intellexi* fulgere *non posse non a grammatico in exitu uersus lectum fuisse: ergo lacuna euitari nequit.* 251 ludere atque taedis *Scaliger* ludo atque taedis *libri*, *nisi quod* tedis *Bamb.* ludere, taedis *uel* ludo ac taedis

Digitized by Google

XI (18)

. . . praesens praésto irridens [léniter]
Nobís stupe[factis sése] ultro ostentum óbtulit.

XII (14)

Formaé figurae nítiditatem, hospés, geris.

XIII (9)

Nam flóri crines, uídeo, ei propessí iacent.

XIV (12)

Túnc siluestrum exúuias laeuo píctas lateri accómmodant.

XV (10)

Deínde ab iugulo péctus glauco pámpino obnexae óbtegunt.

XI Festus p. 197 M. 'ostentum non solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter .... testimonio est Pacuuius — et Accius in Bacchis . . .' O. Muellerus ex Euripidis Bacchis u. 436 sqq. contulit: *ὁ θὴρ δ' ὅδ' ἡμῖν πρᾶος, οὐδ' ὑπέσπασε Φυγῇ πόδ', ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας, Οὐδ' ὠχρὸς, οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν, Γελῶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο.* XII Non. 143, 29 'nitiditate pro nitore. Accius Bacchis . . .' Non dissimilia Euripidis Bacch. 453 *ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε.* XIII Seruius in Aen. XII 605 (uide VIII) Contulit Boeckhius l. l. 312 Euripidis Bacch. u. 455 sq. *πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς οὐ πάλης ὕπο, Γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος.* XIV Non. 244, 16 'accommodatum dicitur adiunctum ... Accius Bacchis ...' Idem 458, 14 'exubias et spolia non solum hominum tegmina aut uestes dici posse . . . Accius Bacchis . . .' (exuuias Bamb.) Contulit Boeckhius Euripidea u. 695 sqq. *νεβρίδας δ' ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἁμμάτων Ξύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δοράς Ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.* XV Cledonius de part. orat. p. 1896 P. 'hic pampinus. Accius in Bacchis ...' Cf. Eurip. 710 sq.

Bothius 2 *Sententiam talem fere* lúdi praesulem óre lucido átque t. f. *Buechelerus sibi fingit* 252 *sq. sic nunc scripsi Buechelerum summa in re secutus, qui senarium* 253 *agnouit.* praesens praesto irridetis nobis stipe .... ultro ostentum obtulit *ceteris omissis cod.* Pentheus Praesto cerritus nobis se stupens u. o. o. *Scaliger* Praesens se praesto cerritus nobis stupens Pentheus u. o. o. *Lindemannus* Praesens praesto inuitis nobis ipsum u. o. o. *Grotius Bibl. crit. nou. IV* Praesens hic praesto irridenti se nobis stupentibus Voltu .... u. o. o. *O. Muellerus. Trochaeos olim* . . praesens praésto irridens nóbis stipatóribus Cóligandum atque ábducendum sese u. o. o. *periclitatus sum* 254 geris *Bothius* 2 regis *libri* regius *Mercerus* 255 ei *scripsi* et *Par.*, *Daniel* ut *Delrio* processi iacent *Daniel* processuacent *Par.* propexi iacent *Commeliniana* 256 siluestrum] siluestres *libri p.* 244 pecudum *libri p.* 458 laeuo *Scaliger* leuo *libri p.* 458 saeuo *libri p.* 244 accomodant *libri p.* 458 *excepto Bamb.* 257 obnexae

Digitized by Google

XVI (20)

indecorabíliter alienós alúnt.

XVII (3)

Quanta ín uenando affécta est laetitúdine.

XVIII (15)

. . splendet saépe, ast idem nímbis interdúm nigret.

XIX (19)

Festus p. 314 M. '[stipes fustis terrae] defixus — — — — — [Accius] in Bacchis: ec[quem stipitem abi-]eg[n]um aut al[neum . . . . . .]us.' Supplementa Vrsini sunt.

CHRYSIPPVS

I (5)

Néque [erat] quisquam a télis uacuus, séd uti cui quicque óbuiam
Fúerat, [ita] ferrum álius, [alius] sáxi raudus m[íserat.]

XVI Charisius II p. 182 P. 'indecorabiliter. Accius Bacchis ...' XVII Non. 132, 13 'laetitudine pro laetitia. Accius . . . idem Baccius . . .' (Bacchis edd.) XVIII Non. 144, 12 'nigret, nigra fit ... Accius Bacchidem . . .' (Bacchis ed. 1526 Bacchis: idem Mercerus) XIX Cf. Fronto de eloquentia p. 148 Nab. 'quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incuruant et ad chamaetorta detrahunt, ualido cacumine tuo excute.'

Euripideae fabulae diuerbium (u. 493—498) adumbrauit Horatius epist. I 16, 73 sqq.

Chrysippvs (Croesippvs: fr. II) I Festus p. 265 M. 'rodus uel raudus significat rem rudem et imperfectam: nam saxum quoque raudus appellant poetae, ut Accius in Melanippo — et in Chrysippo: neque' e. q. s.

Bothius obnoxae *Cledonius* obnixe *Grotius Bibl. crit. nou. IV* obnixum *Hermannus Hagen* obtegunt *Grotius* obtexunt *Cledonius* tegunt *Bothius* *Tres senarios Boeckhius Gr. trag. princ. p.* 312 *continuauit hosce:* Deinde ab iugulo p. g. p. | Obnixe obtexunt: tum pecudum syluestrium | Exuuias l. p. l. a. 259 affectio est *libri* affectust *Vossius* affecti *Mercerus* affecti est *L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 240

260 sole splendet *Bothius*, *recte* 262 erat *O. Muellerus*, *om. cod.* cui quicque] cuique *cod.* cui quid *O. Muellerus* quid cuique *Lindemannus* fuerat obuiam *Bergkius Ephem. Hal.* 1842 *p.* 238 263 ita *om. cod.* ferrum alius, alius saxeum (*uel* saxi) raudus sumpserat *O. Muellerus* ferrum alius saxio rudem *cod.* Ferrum, alius saxi rodus *Bergkius l. l.*

Digitized by Google

II (1)

alternábilem

Díuitiam partíssent

III (4)

Quoi, si hínc superescit, Spártam atque Amyclas trádo [ego].

IV (3)

Meliús pigrasse quámde properasse ést nefas.

V (2)

Quid agám? uox illiust. — Cérte idem omnes cérnimus.

CLVTEMESTRA Vide p. 139

DEIPHOBVS Vide p. 152

DIOMEDES

I (1)

fere exancláuimus

II Non. 475, 25 'partiret pro partiretur .... Accius Chrysippo ...' (Cresippo Bamb.) III Festus p. 302 M. 'superescit significat supererit. Ennius — et Acer in Chrysippo: qui' e. q. s. (Accius Vrsinus) IV Non. 154, 1 'pigrare, retinere. Accius Erigonis ... idem Chrysippo ...' V Non. 261, 10 'cernere, audire. Accius Chrysippo ...'

Diomedes I Non. 292, 10 'exanclare etiam significat perpeti ...'

---

264 aeternabilem *libri*, *correxi* 265 *an* partissint, *ut* ambissint *in Plauti Amph.* 69? *Mensura haec quoque praesto est* .. alternabilem diuitiam partissént .. 266 quin hinc *cod.* quin si *Vrsinus* quin huic si *Dacerius* quin hic si *Lindemannus* qui illinc *fuit cum conicerem* superesit *Grotius Bibl. crit. nou. IV* Amyclas *uulgo* Amycias *cod.* tradam *Lindemannus. Versum* tradibo *explebit ad formae* reddibo *similitudinem factum. Veram nominis* Amyclas *prosodiam docuit Ritschelius opusc. II* 503, *qui quod p.* 487 *proposuerat* quin si hic (*uel* qui si huic) s. Spártam ei atque Amýculas | trado *ipse l. l. repudiauit.* quin si hic s. Spartam ei atque Amunculas | trado *dubitanter Hertzbergius mus. Rhen. XIII* 640 (*in Ritschelii opusc. II* 501). huic qum superescit Sp. atque Amyclas trado ego *L. Mueller de re m.* 429 qui hinc superescit, Sp. a. A. trado *trochaeos Buechelerus suadet. Et* ei *et* ego *ipse olim inserueram* 267 quamde *Bothius* quam *libri: olim* hoc *post* est *inserueram*, ut *Buechelerus addi uult.* quom p. sit n. *prop. Kiesslingius* 268 *Personas distinxit Bothius* illiust *Ritschelius opusc. II* 683, *L. Mueller de re m.* 441 illius (illis *Vrbin.* 308) est *libri* certe *ad priorem personam trahentis Muelleri cauillationes nil moror*: *olim post* est, *quod efferendum existimabam*, profecto *inserueram*, *ut fieret octonarius.* 269 feri *Gulielmus Veris. I* 21

Digitized by Google

Tyránni saeuom ingénium atque execrábile.

II (4)

Passímque praeda pécua uallebánt agris.

III (12)

Non génus uirum ornat, géneri uir fortís loco.

IV (10)

Ogygia moénia

V (8)

Et quális fuerit, fáma celebrescát tua.

VI (11)

Ita et flétu et tenebris óbstinatus spéciem amisi lúminis
Conspíciendi insoléntia.

VII (3)

'Adsum apud te, génitor.

VIII (9)

Multa ámittuntur tárditie et socórdia.

II Non. 159, 15 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt ....' III Non. 338, 22 'locum decus significare uult Accius Diomede ...' IV Festus p. 178 M. 'Ogygia moenia Accius in Diomede appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.' V Non. 89, 15 'celebrescat.' VI Non. 322, 24 'insolens rursum non solens ....' VII Non. 522, 33 'itaque uitiose dicimus, cum nos in foro fuisse dicamus, apud aut ad forum fuisse, cum apud iuxta significet ...' VIII Non. 181, 20 'tarditudinem et tarditiem pro tarditate ... Accius Alcmene ... idem Diomede ...'

---

270 saeuum *edd.* seum *libri* execrabile *uulgo* execrabilem *libri* 271 que *Vrbin.* 308, *Gulielmus Veris. I* 21 quae *libri* uallebant *W cf. Pauli Festus p.* 377 *u.* uallessit *et Lachmannus in Lucr. p.* 191 uellebant *ceteri libri* balabant *Aldina* praedam p. auellebant *coni. Buechelerus* 272 generis *uulgo* fortis *Mercerus* forti *libri* 274 et] *an* ut? 275 *sq. Iambicos nunc septenarios cum L. Muellero* (*annall. philoll.* 1868 *p.* 428) *praetuli trochaicis*, *quos olim Rothium secutus exhibueram* 275 et fletu *Scriuerius* effletu *libri* fletu *Gulielmus l. l.* obsitus *Rothius* obstinati *Vossius* constipatus *Bothius* 2 sperem *L. Mueller nescius* speciem *esse* oculorum aciem amisi *Gulielmus l. l. ex ed. Ven.* 1483 amissi *libri*, *quod idem est* 276 conspiciendi insolentia *Bothius* 2, *sed deleri iubens.* conspicient insolentiam *libri* conspicient insolentia *Delrio* 278 amittuntur *ed.* 1526 mittuntur *libri* tarditie *uulgo* tarditia *libri*

Digitized by Google

IX (7)

Linguám praepedior: quáre, puer, ne atténderis
Petere á me id quod nefás sit concedí tibi.

X (2)

Simul aúrem attendo, ut quírem exaudire ámplius.

XI (6)

Benígne ei pro benefício largi atque ámpliter.

XII (5)

Ergó med Argos réferam, nam hic sum gnóbilis,
Ne cuí cognoscar nóto.

EPIGONI

I

. quibus oculis quísquam nostrum póterit illorum óptui
Vúltus, quos iam ab ármis anni pórcent? . . . . .

II (6)

Ita ímperitus stúpiditate erúmpit se, inpos cónsili.

IX Non. 238, 18 'attendere, perseuerare.' X Non. 238, 10 'attendere est intendere ...' XI Non. 470, 25 'largi pro largire ...' Idem 511, 21 'ampliter ...' XII Non. 351, 28 'nobilis dicitur et notus ....' Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c literam, ut Plautus — Accius in Diomede [283].'

Epigoni ad Sophoclis exemplum composita fabula teste Cicerone de opt. gen. or. 6, 18. Cf. praeterea de off. I 31, 114 I Non. 160, 1 'porcet significat prohibet . . . Accius ligones . . .' (Epigonis Iunius, Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 84 Erigona Aldina) II Non. 226,

279 linguam praepedior: quare *nunc scripsi.* si umquam perpediar (praepediar *mss. Vossii* p̃pediar *Bern.* 347) gnato *libri* si umquam perpetiar, gnate *Grotius* si u. praepediar grate *Bothius* puer] tu *Grotius* 280 concedi *Bern.* 347 concedit *ceteri libri* 281 attendi *Bothius* 282 ei *Gulielmus in Plauti Bacch. cap.* 5 et *libri* largito *Iunius*, *Gulielmus* aque *libri p.* 470 283 ergo med *L. Mueller de re m.* 442, *quod mihi quoque in mentem uenerat.* ergo me *Festus* me, *om.* ergo, *Nonius.* nunc ergo me *olim edidi* Argos *Festus* Argo *Basil. Nonii* agros *ceteri libri* sum *Festus* suam *Nonius* cluo iam *Gulielmus Veris. I* 21 fuam *Stephanus* nobilis *libri: cf. Festus supra.* 285 nam quibus *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 84 at *uel* aut quibus *Vossius* Quíbu' quisquam oculis nostrum poterit uoltus illorum obtui *Bothius* 2, *fort. recte* 286 quos *Scaliger Coni. p.* 67 quod *libri* 287 consilii *libri*

Digitized by Google

III (5)

Et nónne Argiuos frémere bellum et uélle uim uulgúm
uides?

IV (3)

Sed iam 'Amfilocum huc uadére cerno, et
Nobís datur bona pausá loquendi
Tempúsque in castra reuórti.

V (11)

Eaque íui hoc causa, ut né quis nostra uérba cleperet
aúribus.

VI (1)

Quí, nisi genitorem úlso, nullum meís dat finem míseriis.

VII (Erig. 3)

Fáteor: sed cur própter te haec pigrem aút huius dubi-
tem párcere

22 'stupiditatem Accius Aepigona ...' (Epigonis Mercerus. Facile quis de Antigona cogitet) III Non. 230, 25 'uulgus ... masculino ... Accius in Eurisace ... idem Epigono ... (Epigonis Mercerus. De scriptura Epigono cf. Grotemeyer l. l. p. 49 sq.) IV Charisius de uersu Saturnio in H. Keilii gramm. Latt. uol. I p. 288 (cf. Schneidewini commentatio Gottingensis 1841 p. 20 H. Keilius in Mus. Rhen. V p. 472 Philol. III 90 sqq. Analect. gramm. p. 36) 'uel quales in tragoediis non numquam incidere ueteribus solent ut Ennii Acciique, de quibus aeque nihil sane' (leg. 'sani') praecipitur Accii ex Epigonis [XI] uel hic alius [289—291].' (Actiique de quibus caeteri nihil sane praecipiunt accipe Borbon. b recentior). Non. 158, 7 'pausa est quies alicuius rei. Accius Epigono [289. 290].' V Non. 20, 11 'clepere est furari ... Accius Epigone ...' (Epigonis Mercerus) VI Non. 185, 20 'ulso pro ultus fuero. Accius Epigone ...' (ulso Vossius Epigonis Mercerus) VII Non. 153, 32 'pigrare, retinere. Accius Erigonis ...' Epigonis Mercerus)

---

288 et *fortasse eiciendum* uim *Scriuerius* ui *libri* uides *Heinsius*, *Ahrens in Soph. fragm. p.* 302 uidet *libri* 289 iam iam *ante lacunam*, *qua* filocum huc *hausta sunt*, *Borbon. b* Amfilocum *Nonius* Amphilochum *Charisius* audere *Borb. b Charisii* cerno *an* cernā *an* cerne *in Borb. a Charisii scriptum sit non liquet H. Keilio Anal. gr. p.* 36 terno *Borb. b* ita *Hermannus Elem. d. m. p.* 388, *qui anapaestos primus distinxit* 290 data *Hermannus* 292 iui hoc, *i. e.* huc *Buechelerus* ut hoc *libri* hoc *Mercerus* ut *Mercerus* aut *libri* uerba cleperet auribus *Vossius* auribus uerba cleperet *libri*, *qui ordo seruari potest his* uerba cleperet *in septenarii sequentis initium reiectis* 293 genitorem, s *suprascr.*, *Leid.* ulso *Vossius* ullo *libri* nullum eis *W* 294 pateor *Leid.* propter

Cápiti?

VIII (2)

Sápimus animo, frúimur anima: síne animo anima est débilis.

IX (4)

'Apud abundantem ántiquam amnem et rápidas undas 'Inachi

X (8)

Núnc pergam ut supplíciis placans caélitum aras éxpleam.

XI

Quid istúc, gnata unica, ést, Demonassa, óbsecro,
Quod mé tanto expeténs timidam e tecto éxcies —?

XII (10)

Elóquere propere ac meum húnc pauorem expéctora.

VIII Non. 426, 28 'animus et anima hoc distant: animus est, quo sapimus, anima, qua uiuimus. Accius Epigone . . .' (Epigonis Delrio Erigona Mercerus) Grammaticus inc. gloss. Verg. ap. Barthium Aduers. XXXVII 5 (Seruius ed. Lion II p. 374) 'animus ab anima dicitur: haec est enim qua uiuimus, animo autem intellegimus. Attius in Epigono: capimus animo, fruimur anima.' IX Non. 192, 4 'amnem . . . feminino . . . Accius Epinausimache . . . idem Epigono . . . (Epigonis Mercerus) X Non. 398, 19 'supplicium rursus supplicatio . . . Accius Epigona . . .' (Epigonis Delrio Epigono Geneu. Leid. Erigono Basil. Erigona Mercerus) XI Charisius de uersu Saturnio (uide IV) XII Non. 16, 5 'expectorare est extra pectus eicere.

---

te haec pigrem] propter re pigrem haec *libri* propter te pigrem haec *edd.* 296 capimus *gramm. Barthii* 297 Argiuam *L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 492 298 pergam ut *Fruterius Veris. II* 5, *Lipsius* pergamus *libri* pergamus ut *Iunius in mg. Interrogari malit Buechelerus* 299 gnata unica *Borb. a* graeca amica *Borb. b* demanassa *Borb. b. De antiquiore haec testatur H. Keilius Anal. gr. p.* 36 '*de* Demonassae *nomine*, *quod uerum esse credo*, *ex apicibus literarum qui relicti sunt non constat:* demara . . . *uel* demacans q *legere mihi uidebar.*' *Constituit uersum idem p.* 38 300 mecumago *uel* meamego *uel simile quiddam in Borb. a scriptum esse uidebatur H. Keilio l. l., om. Borb. b* me subito *idem Philol. III* 97 me Alcmaeo *uel* Alcumaeo (*om.* me) *Bergkius.* mecum agere *Buechelerus. Paulo propius quam cetera ab apographi Niebuhriani*, *quod filii liberalitate mihi accuratissime depictum seruo*, *similitudine mea quamuis duriuscula abesse uidentur si quidem in sequentis uersiculi initio* clamore *sequebatur.* me expetessens t. e tectod *coni. Vsenerus* exciet *Bergkius* 301 propere *Mercerus* proprie *libri* meum hunc

XIII (9)

[Séd] quid cesso ire ád eam? em praesto est: cámo [uide] collúm grauem!

XIV (7)

Viden út te inpietas stímulat nec moderát metus?

XV (Erig. 7)

Age age ámolire, amítte, caue uestem áttigas!

XVI (12)

Máneas ad Glisántem, exilio mácte ex terris Pélopiis!

ERIPHYLA

Pallás bicorpor ánguium spirás trahit.

EPINAVSIMACHE

I (3)

Vt núnc, cum animatus íero, satis armátus sum.

Accius Foenissis ... idem Epigono ...' (Epigonis Mercerus) XIII Non. 200, 15 'collus masculino Accius Epigono ...' (Epigonis Mercerus) XIV Non. 472, 21 'moderant pro moderantur. Accius Ephigonis ...' XV Non. 75, 32 'attigat, continget ... Accius Erigonis ...' (Epigonis Scriuerius) XVI Non. 342, 13 'mactare malo adficere significat ... Accius Epigono ...' (Epigonis Mercerus) Adiunxi his inc. inc. fab. LXXVII sq.

Eriphyla (Eripvla) fortasse non diuersa fuit ab Epigonis. Priscianus VI p. 699 P. 'bicorpor bicorporis, tricorpor tricorporis, ut Accius in Eriphyla ...' (actius Reg. Halb. heripila Grut. heriphila Sang. aephila (ri supra) Reg. ariphyla Karolir. riphyla Bamb. eryphyla Halb.)

Epinavsimache (Epinavsimace: fr. III. IX. XIII. XV) I Non. 233, 16 'anima iterum significat iracundum uel furiosum, unde et animosi

---

pauorem *Vossius* pauorem hunc meum *libri* mi hunc pauorem *Bothius* lóquere propere ác pauorem húnc meum e. *creticos uideri posse monet Buechelerus* 302 sed *om. libri* em praesto est camo, *om.* uide, *libri* hem praesto est: camo en *Vossius* hem praesto est: en camo *Grotius Bibl. crit. nou. IV. De* em *aduerbio dixi in symb. ad part. Latt. p.* 29 *sqq.* 303 uident ut *Bamb.* 304 abbite (*immo* abite) *L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 490 305 maneas ad Glisantem *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 84 maneas adhisante *libri* men eas Adnisum ante *Vossius* maneas: alios autem *Bothius* maneás, his ante *temptaueram* Manés pians te *Buechelerus* mactare *Vossius* macto *Bothius*, *Buechelerus* Pelopis externis *libri* Pelopiis | ex térris *Vossius* 308 *An* at?

Digitized by Google

II (13)

Proin tu íd cui fiat, nón qui facias cómpara.

III (2)

[At] cóntra quantum obfúeris, si uictús sies,
Consídera, et quo réuoces summam exérciti.

IV (6)

Quod sí procedit, néque te neque quemquam árbitror
Tuae paéniturum laúdis, quam ut serués uide.

V (4)

Probís probatum pótius quam multís fore

VI (16)

Item ác maestitiam mútam infantum quádrupedum

VII (17)

Mórs amici súbigit, quod mi est sénium multo acérrimum.

VIII (11)

Nec pérdoliscit flígi socios, mórte campos cóntegi.

IX (10)

Ab clásse ad urbem téndunt, neque quisquám potest

dicuntur iracundi ... Accius Menalippo ... idem Epinausimache ...' II Non. 257, 7 'comparare iterum aestimare.' III Non. 485, 15 'exerciti uel exercituis pro exercitus. Accius Armorum iudicio ... idem Epinausimace ...' IV Non. 158, 3 'paeniturum.' V Non. 519, 8 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant ... Accius Tereo ... idem Epinausimache ...' VI Non. 9, 25 'mutus onomatopoeia est incertae uocis, quasi mugitus; nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet ...' VII Non. 2, 24 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt .... senium ipsum positum sic ... Accius Epinausimache ...' VIII Non. 110, 31 'fligi, affligi ...' IX Non. 495, 22 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ...

309 *An* qui fiat? 310 at *om. libri* et *Scriuerius, Hermannus Opusc. V* 151 obfuris *W* 311 rẽ uoces *Bamb.* 314 fore *ed.* 1480 forem *libri* *An* probatus ... forem? 315 itum *Bothius* ac *Schoellius Symb. p.* 436 ad *libri* mestitiam *Bamb.* mutam *uulgo* muluam *libri* infantum *Bothius* infantium *libri* 316 subicit *Leid. m. pr.* mi *Bothius* mihi *libri* 317 perdolescit *edd.* contegi *Iunius* contigi *libri*

Fulgéntium armum armátus ardorem óbtui.

X (5)

Incúrsio ita erat ácris

XI (1)

Manórtes armis duó congressos créderes.

XII (9)

. Scamandriam úndam salso sánctam obtexi sánguine,
'Atque aceruos álta in amni córpore expleui hóstico.

XIII (7)

Vbi núnc terricula túa sunt?

XIV (14)

Primóres procerum próuocauit nóminans,
Si essét quis, qui armis sécum uellet cérnere.

XV (15)

Deorúm mortalis [ésse], Foenix, líberos
Reminíscor saepe, et [méminisse] idem istud nós uolo.

Accius Eurysace ... idem Epinausimace ...' X Charisius I p. 93 P. 'acris.' XI Charisius I p. 101 P. 'duo, hos duo.' XII Non. 192, 1 'amnem ... feminino ...' XIII Non. 227, 30 'terriculae generis feminini. Neutri Accius Epinausimace ...' XIV Non. 261, 16 'cernere rursum dimicare uel contendere.' XV Non. 500, 1 'accusatiuus pro genetino ... Accius Eurysace ... idem Epinausimace ...' Exempla per totum titulum adferuntur uerborum meminisse remi-

319 armum *ed.* 1526 armorum *libri* animatus *Bothius, recte, ut uid.* obtuli *Bamb.* 321 Martes *cod.* 322 nam *uel* sic *praemittas* Scamandriam *Fruterius Veris. II* 5, *Lipsius Ant. Lect. II* 4 umandriam *libri* en Scamandriam *Scaliger Castig. in Catull. p.* 53, 11 et Scamandriam *Vossius* obtexi *Iunius* obtexus *libri* obtexui *Mercerus* 323 aceruos *ms. Fabri* acerbos *ceteri libri* amni *edd.* omni *libri* 324 tua *Mercerus* ta *libri, quod possis etiam* tanta *uel* istaec *interpretari.* 325 procerum *uulgo* procertum *libri* prouocauit *Bothius* reuocauit *libri* prouocaret *Vossius* prouocarent *uel* ne uocarent *Hermannus* 325 *sq.* nominans, si *Kiesslingius* nomina nisi *libri* nomine, si *Vossius* nomine, ni *Delrio, Hermannus* qui *uulgo* que *libri* 327—329 *sic nunc restituere conatus sum.* eos mortalis foenis lib. x miseror saepe studitos uolo *libri, sed* foenus lib. x misercor *Bamb. Viam mihi monstrauit Buechelerus his:* és mortalis. — Phoénix, alibi méminisse (*uel* égo si obliscor, réminisci *uel* méminisse, ut sum mémor ipse,) istud nós uolo *propositis, quae audaciora esse haud diffitetur. Mutilatum esse locum censebat Hermannus, qui haec* eo mortales frenis liberos [Ducum] misercor saepe et subditos uolo *in*

XVI (12)

Tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

XVII (8)

Lucífera lampade ábietem exurát Iouis

ERIGONA Vide p. 142

ERIPHYLA Vide p. 176

EVRYSACES

Iª (1. 2)

Nunc pér terras uagus, éxtorris,
Regno éxturbatus, marí . .

Iᵇ

Super 'Oceani stagna álta patris
Terrárum anfracta reuísam.

nisci obliuisci. XVI Non. 479, 10 'fatiscuntur pro fatiscunt.' Idem 307, 8 'fatiscere est aperire, rursum deficere.' XVII Priscianus VI p. 695 P. 'nam Iouis nominatiuo quoque casu inuenitur . . .' Huc pertinere suspicatus sum inc. fab. IX. X. XII.

Evrysaces (Evrvsaces) acta a. 697 (uide Ciceronis testimonia ad fr. XIII.) ludis quos consul P. Cornelius Lentulus faciebat aut dedicatoriis aut funebribus aliquanto ante comitia die Sextilis IV habita celebratis (cf. Drumanni hist. Rom. II 293 sqq.) Iª Non. 14, 27 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos. Accius Eurysace [333. 334].' Iᵇ Non. 193, 1 'anfractum masculino genere dici putant. Neutro Accius Eurysace [335. 336].' Varro de l. L. VII 15 M. 'quod est: terrarum anfracta reuisam, anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab

---

schedis coniecit: eos mortales reminiscor. et Aeneadis aut Decio: miseror saepe; ast id eos uolo obliniscier (*uel*: miseros saepe istud eos uolo reminiscier) *Vossius* eos Mortales, Phoenix, misereor saepe et adiutos uolo *Grotius Bibl. crit. nou. IV* eo hos mortales poenis libera Decimo anno. — Miseror sic pessumdatos. — Volo *Bothius* 2 *Lacinia uersuum* eos mortalis poenis liberos (*uel* libero) *et* misereor *et* saepe . . . . . custoditos uolo *ipse olim agnoscere mihi uidebar. Temptaui praeterea* mortális, Foenix, ésse deorum liberos Reminíscor *e. q. s. aut* eho, nós mortalis ésse, F., liberos Deorúm, reminiscor saépe et idem istud nós uolo Meminísse. 330 haud *ed.* 1526 aut *libri plerique* ut *Bamb. p.* 479 fatiscam *libri p.* 479 qui *libri p.* 307 implorem *libri p.* 307 332 exurat Iouis arietem *libri*, *quae nunc transposui*, *cum olim inter duos uersiculos* Iouis | árietem *distribuerim.* abietem *recte Hermannus*, *sed uel nauis uel silua intellegenda.* 333—336 *Anapaestos agnouit Scaliger* 334 *recte disposuit Hermannus.* exturbatus regno atque mari *Scaliger* *Suppleri possunt uaria uelut*: marique citus. *Buechelerus* mari impositus *proposuit* 336 anfracta *Haun. Par. b Varronis* anfractare uisum *Flor.*

II (7)

Númquam erit tam inmánis, cum [non] méa opera extinctúm sciat,
Quín fragescat.

III (16)

. . . . pro di ínmortales! spéciem humanam . . .
Inuísitatam egrégiam, indignam cláde et squalitúdine.

IV (23)

. . atque ut uidés, non tenui dé loco.

V (8)

'Apud ipsum adstas.

VI (3)

Tu autém quod quaero enóda et qui sis éxplica.

VII (4)

Nam ea [démum] oblectat spés aerumnosum hóspitem,
Dum illúd quod miser est clám esse censet álteros.

ambitu et frangendo.' Coniunxit uersus I^a et I^b Scaliger Coni. p. 68, cui merito fortasse accessit Hermannus Elem. d. m. p. 386: tamen malui testimoniorum fidem conseruare. II Non. 111, 3 'fragescere, frangi. Accius Aegistho . . . idem Eurysace . . .' III Non. 225, 32 'squalor masculini est generis. Feminini.' IV Non. 341, 12 'locus, genus nobilitas dignitas. Accius Eurysace: atque . . . loco.' (Actius: non tenui de loco Bern. b) V Non. 522, 25 'cum apud iuxta significet.' VI Non. 15, 5 'enoda significat explana, et quae sit proprietas, manifestum est, hoc est nodis exsolue.' VII Non. 267, 16 'censere significat existimare, arbitrari.'

337 non *Bothius*, *om. libri* 338 quin *Mercerus* quiqui *Leid.* qui *ceteri libri* 339 *Lacunam explere possis addito uelut* contuor 340 inusitatam *libri* inuisito Tam *Bothius* uisita Tam *L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 430 clade *edd.* ciade *libri* squalitudine *Iunius* squaliisdine *libri* 341 uides *uulgo* uide *libri* 342 adstas *Mercerus* adistas *libri: cf. Lachmannus Lucr. p.* 232 343 tu autem quod quaero enoda *Leid.*, *Delrio* tu autem quod quaero abs te enoda *libri plerique*, *quos olim secutus* tu mihi autem *edideram.* tu, a te quod quaero, enoda *uel* tu, quod quaero a te, enoda *Vossius* quae sis *Leid. m. pr.* 344 nam ea, *om.* demum, *libri plerique* caena mea *Basil.* ea namque *Vossius* nam ea sola *Bergkius symb. ad gramm. Lat.* 58. nam uana *Buechelerus* erumnosum *libri* 345 id quod miser est *libri* illud quo miser est *Ritschelius apud Albertum Langium Quaest. metr. p.* 5 id quod miseriaest *Buechelerus.* *Hiatum in senarii pede primo tolerat Bergkius:* quod *idem pro ablatiuo habet. Deesse utriusque uersus primam dipodiam cum olim statuerem, posterioris initium additis e. c.* optume hospes *expleri uolebam.*

Digitized by Google

VIII (11)

Heú me miserum, cum haéc recordor, cum íllos remi-
niscór dies!

IX (9)

. . . . discídia amantem scíndere
Túrbat uulgum, euítat [uitam régi,] moeros dísicit.

X (10)

Persuásit maeror ánxitudo aegrór dolor.

XI (15)

Disértim id unum incómmodis defít meis.

XII (20)

eí mihi,
Vt étiam aerumna haec míhi luctum addit lúctibus! —
Quid té miseraris [sólum], et Eurysacém [taces],

VIII Non. 499, 32 'accusatiuus pro genetiuo ...' (Eurisace Bamb.) IX Non. 230, 22 'uulgus ... masculino ... Verg. Aen. lib. II: tunc spargere uoces in uulgum ambiguas. Accius in Eurisace: diffidam antem ne cidere turbat uulgum ambigua accius euitat, moeros disicit.' X Non. 72, 27 'anxitudo.' (Desunt in Bamb. aegror dolor cum sequentibus) XI Non. 509, 27 'disertim dicere, plane, palam, Lucilio auctore possumus ....' (Eurysacae Bamb.) XII Non. 445, 2 'miserari et misereri ceteri his sensibus esse uo-

---

346 heu *uulgo* eu *libri* illos *Aldina* illo *libri plerique* ille *Bamb.* 347 discidia (*uel* infida *uel* caedis) amantem *Buechelerus* diffidam antem *libri* diffidam amantem *Aldina* diffidam autem *Iunius in mg.* diffugiam an mantem *Lipsius Epist. quaest. IV* 8 diffingam *uel* diffindam amantem *Barthius* Iphidamantem *Rothius* diffidens autem *Grotemeyer l. l. p.* 33 scindere *scripsi* ne cidere *libri* neci dare *Iunius in mg.* occidere *Grotius* ne quid ea re *Lipsius* nae cecidero *Bothius. Nec fabulae argumento nec huius loci sententiae conueniat quod in mentem uenit* di, fidam amantem né concidere pátimini! 348 turbat uulgum, euitat *Rothius* turbat uulgum ambigua accius euitat *libri* turbat uulgum ambiguum ac ius euitat *Grotius* si turbat uulgum ambiguum, euitat ciues *Bothius* turbat uulgum, ut me abigat ciuitate *Grotemeyer* uitam regi *addidi, qui olim* proceres, urbis *suppleuerim.* ciuitatem *uel simile quid ante* euitat *deesse uidetur Buechelero* Scandia ut Amfidamantem nunc Cytherium | Exturbat, uulgum euitat, moeros dissicit *Bergkius Philol. XXIX* 330 349 peruasit *coni. Kiesslingius* maeror *uulgo* meror *libri* aegror *Lachmannus in Lucr. VI* 1132 error *libri* 352 aerumna haec *Schoellius* haec erumna haec *libri* haec aerumna *ante Mercerum* *Trochaicum septenarium* ei mihi ut etiam haéc aerumna *e. q. s.*, *qualem fere iam Bothius indicauerat*, *reuocari*

Tuam sólitatem mémorans, formidáns tibi? —
Te cónmiserabam mágis quam miserebár mei.

XIII (inc. auct. 70. 71)

357 . . . . quí rem publicam ánimo certo adiúuerit,

luerunt, ut sit miserari flere et lamentari, misereri' (miserari Leid.) 'miserationem alienis casibus exhibere; et actiuo ad primum affectum, passiuo ad secundum. Accius Eurysacae: [351. 352] Alia persona: [353—355]. Et multis talia' ('mei' Leid.) 'et aliquando uexata generibus.' Quae correxit et explicauit L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 429 scribendo: 'et multi talia, set aliquando uariata generibus' sc. uerborum. Nonius 173, 26 'solitate pro solitudine. Accius Eurysace [354].' XIII Cicero pro Sestio 56, 120 'quid fuit illud, quod recenti nuntio de illo senatus consulto, quod factum est in templo Virtutis, ad ludos scaenamque perlato consessu maxumo summus artifex et mehercule semper partium in re publica tam quam in scaena optimarum flens et recenti laetitia et mixto dolore ac desiderio mei egit apud populum Romanum multo grauioribus uerbis meam causam, quam egomet de me agere potuissem? Summi enim poetae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat. Qua enim ui' ('ui' suppl. Koechly) '[357. 358] uobiscum me stetisse dicebat, uestros ordines monstrabat: reuocabatur ab uniuersis. [359. 360] Haec quantis ab illo clamoribus agebantur! cum iam omisso gestu uerbis poetae et studio actoris et expectationi nostrae plauderetur: súmmum amicum, súmmum in bello (nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse homines propter aliquod desiderium approbabant) súmmo ingenio praéditum. Iam illa, quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula' (haec 'in eadem fab.' incl. Bakius) 'sunt acta! O pater! Me, me ille absentem ut patrem deplorandum putarat' (sic Par. Gembl. 'putabat' Bernn.) . . . 'quanto cum fletu de illis nostris incendiis ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam euersam, quae' ('que' libri, corr. Bakius) 'sic egit, ut demonstrata pristina fortuna cum se conuortisset [362], fletum etiam inimicis atque inuidis excitaret. Pro di inmortales! quid? illa quemadmodum dixit idem! quae mihi quidem ita et acta et scripta uidentur esse, ut uel a Q. Catulo, si reuixisset, praeclare posse dici uiderentur: is enim libere reprehendere et accusare populi nonnum-

---

uult L. Mueller de re m. 443 353 quid miserari id me Erysacem *libri. Expleui uersum ut potui, qui olim paulo audacius hanc sententiam* quid té miseraris mé consorte (*uel* sodali) his in malis *finxeram.* quid miseriam ad me, Eurysaces *Vossius* quid commiseraris me neque Eurysacae *Schoellius* quid miseraris me? Eurysace! *Gerlachius* quid miseraris sic mei, Eurýsace? *Grotemeyer l. l. p.* 31 354 solitatem, *suprascr.* da, *W p.* 173 memoras formidas *libri p.* 445 Quíd tuam miseram solitatem memoras? formidas tibi? — Eúrysaces *Bothius* quid miserans tuam solitatem memoras, formidans tibi? *L. Mueller l. l., deinde nouum frustum Nonii uerbis* idem Eurysace *indicari statuens* 355 commiserabar *uulgo* mage *Bothius* miserebar *Iunius* miserabar *libri* meae *Bothius* 357 certo animo *libri, quae transposui.*

Digitized by Google

Státuerit, steterít cum Achiuis

* * *

Ré dubia
Haút dubitarit uítam offerre néc capiti pepérerit.

* * *

O páter!

* * *

Haec ómnia uidi inflámmari

* * *

Pro di ínmortales!

* * *

O íngratifici Argíui, inmoenes Grái, inmemores bénefici,
'Exulare sínitis, sistis pélli, pulsum pátimini.

quam temeritatem solebat, aut errorem senatus: [364] Non erat illud quidem uerum ... sed tamen illud scripsit disertissimus poeta pro me; egit fortissimus actor, non solum optumus, de me, cum omnes ordines demonstraret, senatum, equites Romanos, uniuersum populum Romanum accusaret [365].' Ibidem 58, 123 'et quoniam huc me prouexit oratio, histrio casum meum totiens conlacrumauit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut uox eius illa praeclara lacrimis impediretur. Neque poetae, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt: eaque populus Romanus non solum plausu, sed etiam gemitu suo comprobauit. Vtrum igitur haec Aesopum potius pro me aut Accium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an principes ciuitatis?' Scholiasta Bobiensis ad cap. 56 'summus artifex] actor illis temporibus nobilissimus tragicarum fabularum Aesopus egisse uidetur Accii fabulam, quae scribitur Eurysace, ita ut per omnem actionis cursum tempora rei publicae significarentur, et quidem Ciceronis fortuna deploraretur.' Idem ad cap. 57 'o immunes Grai] et haec uerba sunt de tragoedia, in qua uerbum istud inmunes ingratos significat, quemadmodum [λειτουϱγοὺς i. e.] munificos dicebant eos, qui grati et liberales extitissent. Ergo uersus omnes tragici ad ipsum Ciceronem ... conuertuntur; ut aliud quidem in opere poetico fuerit, aliud uero in ipsius actoris significationibus.' Cf. quaest. scen. p. 328 sq.

---

360 haut *Maduicus Opusc. acad. p.* 495 *ut (*fuit* aut) *Par.* ut *Gembl.* nec *Heruagiana* uitam *Naugeriana* uiam *Par. Gembl.* peper *Par. m.* 1 pepercit *Gembl. Par. m.* 2 357—360 *Seyffertus Epist. crit. ad C. Halmium p.* 65 *sic reconcinnare studuit:* quaérimus, certo animo qui rem publicam adiurit, statum | Statuerit, steterit cum Achiuis, re dubia haud dubitauerit | Vitam non inuitam offerre nec capiti pepercerit 361 *sq. repetita ex Ennii Andromacha aechmalotide: u.* 81 *et* 86 364 o *Bob. Par.* uero *Gembl.* argui *Par. m.* 1 o immunes *Bob.* inanes *Par. Gembl.* Graj *Lachmannus in Lucr. p.* 163 365 sinitis *Ascensiana et Naugeriana* sinite *Par. Gembl.*

Digitized by Google

XIV (13)

Tót tropaea tránsdes, summam glóriam euortí sines
Tám desubito?

XV (5)

Iám [uti] potero incípiam [rem], et si [síc] nequibit [fíeri],
Ví contendam ut hínc cum patre tete úna Salaminem áueham.

XVI (19)

Níhil est: si autem ad té res tardat, sócium in portu est cópia,
Quaé subsistat, módo tute ipse téte offirma et cómpara.

XVII (22)

. ílico, inquam, [ubi] hábitat Iouis quam própitius

XIV Non. 517, 26 'desubito .....' (Eurysacae Bamb.) XV Non. 259, 26 'contendere iterum significat extorquere ....' XVI Non. 256, 16 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ....' XVII Non. 325, 7 'ilico, in eo loco ...'

---

366 tropaea *uulgo* tropea *libri* transde *Bamb.* euorti *Iunius in mg.* euortis *libri* 368 *emendare conatus sum.* iam potere incipiam etsi nequid *libri*, *nisi quod* potero *Leid. Geneu.* iam patere incipiam, et sine *Grotius* iam petere incipiam, et si nequit *Scriuerius* Iam petere incipiam, et si ille nequit Flecti precibus *Schoellius p.* 629 Iamiam petere incipiam, et si nequiui *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 84 iam potere! inspiciam et sino. Quid *Bothius* iam potere, incipe iam, et sino. quid *Welckerus de trag. Gr. p.* 202 iam petere incipiam, et si neget *Buechelerus* 369 *sq.* ut hinc cum patre tete (*uel* te cum patre) una *scripsi* ut hic comportet texum *libri*, *nisi quod* hinc *Leid. Geneu. et* competeret, *suprascr.* portet, *W* diu Vt compotiri te cum *Grotius* ut iniquum portet tecum *Scriuerius* ut Compote tecum *Schoellius* uti Compote tecum *Bergkius l. l.*, *Welckerus* ut hinc cum e portu eximus *uel multo quidem probabilius* ut hinc comportem tecum (*Telamonem sc.*) *Buechelerus* aueham *Buechelerus* habeam *libri* queam *Grotius* ui contendam, hic ut tecum Salaminem habeam compote *Bothius*, *quae sic* ui c. utei tecum una S. h. c. *in septenarii mensuram extendi poterant.* 371 a te *olim conieceram.* res tardat *Bothius* retardat *libri* id te retardat *Buechelerus* promptu *Bothius* 372 quae *Bothius* que *libri* tete *Bothius* te *libri*: *an* ted? offirma *Lipsius Ant. Lect. I* 2 effirma *libri* firma *Bothius* 373 illic *Bothius. Fortasse* illi, ilico *scribendum* ubi *uel* qui *addere malo quam* habitat, inquam *sic transponere* habitato uis quam *Geneu.* habito uis quam *Basil.* habitat ouis quam *ceteri libri* habitato. — O Iouis, quam *Bothius* habitato,

XVIII (6)

. . sic atrátus taetra uéste et uastitúdine
Déformatus

XIX (21)

ille órbus, exspes líberum

XX (12)

Opínione fáctum est, quanto mítius
Stirpem éducabant, tánto ut reremúr magis
Seuéros esse

XXI (18)

Quem ádmodum impetum óccupemus fácere ultro in regem . . .

XXII (14)

Reprime parumper uím citatum quádrupedum.

XXIII (17)

Sed mémet caluor: uós istum, ut iussi, ócius
Abstráhite.

XVIII Non. 184, 30 'uastities et uastitudo et uastitas, horror et desertio et contagium ...' (Eurisaces Leid.) XIX Non. 12, 7 'expes dicitur sine spe.' (exspes Leid. Bamb.) XX Non. 356, 18 'opinio, suspitio ...' XXI Non. 355, 10 'occupare est proprie praeuenire ....' XXII Non. 495, 20 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ....' XXIII Non. 6, 32 'caluitur dictum est frustratur ....' (Eurysacae Bamb.) Adde inc. inc. fab. L.

---

nusquam *Rothius* abbitat quouis gentium. — Quam *Bergkius l. l. p.* 85 propitius *Leid.* propitius, *corr.* propius, *W*, *ms. Victor.* própius *ceteri libri*, *Rothius* ilico unquam adbitat quisquam própius? *Buechelerus*
374 sed ut ratus *libri* sed atratus *Mercerus* 375 tra deformatuis *libri* tam deformatus *Mercerus* *Senarii olim* atrátus t. u. et u. Tam déformatus *placebant*, *sed* tra *mera* taetra *uocis dittographia est.* sed atra ueste et uastitudine Tetra formatus *Scaliger* sed út erat taetra deformatus ueste et uastitudine *Buechelerus ad Petron. p.* 188,5
377 quanto mitius *Buechelerus* quanto minus *libri* ut quanto minus *Vossius* ut quanto magis *Bothius* 378 tanto ut reremur *Iunius in mg.* tanto ut eremur *libri* tanto reremur *Vossius* tanto ueremur *Bothius* 379 seueros (*uel* eos s.) esse *scripsi* eos esse *libri*, *delet Grotius Bibl. crit. nou. IV* sos esse *Bothius* eos esse duros *coni. Buechelerus* 380 quemadmodum occupemus facere ultro in regem impetum *Bothius* 381 reprime para imperium cicatum *Bamb.*
382 ut *Aldina*, *om. libri* otius abstraite (h *suprascr.*) *Bamb.*

HECVBA Vide p. 198

HELLENES

I (1)

Qui, nísi probrum, omnia ália indelicta aéstimant.

II (2)

Sígna extemplo cánere ac tela ob moénia offerre ímperat.

IO

I (4)

Custódem adsiduum Ióni adposuit uírgini.

II (3)

Tópper, ut fit, pátris te eiecit íra . . . . .

III (1)

388 389 . . . quibusnam te aíbant exortám locis?

Hellenes I Festus p. 229 M. 'probrum, stuprum, flagitium, ut Accius in Hellenibus: qui' e. q. s. II Festus p. 145 M. 'moenia, muri, et cetera muniendae urbis gratia facta, ut Accius in Hellenibus: signa' e. q. s. Cf. inc. fab. XIII.

Io I Priscianus VI p. 685 P. 'in o productam desinentia Graeca sunt feminina et uel Graece declinantur ut Manto Mantus ... uel addita nis faciunt genetiuum, ut Dido Didonis. Accius: custodem' e. q. s. (Accius in ioae Bern.) Idem paulo post: 'quod autem Ionis et Calypsonis et Didonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex ... Accius in Ione: custodem' e. q. s. (Alcius Sang. Karolir. Attius in lit. Halb. Ione Veneta 1 ioe libri) Charisius I p. 47 P. 'huius Didus Sapphus Inus. Sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis, Didonis dicere. Nam et Pacuuius sic declinat ... et Accius: custodem' e. q. s. II Festus p. 352 M. 'topper — — — fortasse, sic Accius in Io: topper' e. q. s. III Priscianus X p. 906 P. 'Accius in Ione: quibusnam ... locis, pro aiebant, quod in hac coniugatione fieri solet.' (ione Reg. m. 1 Halb.? ioe Bamb. Bern. Grut. Reg. m. 2 Halb. corr. Karolir. oe Sang.)

385 offerri *scribendum erit.* 386 adsiduū minoi *Charisii cod.* adpossuit *cod. Charisii* opposuit *altero Prisc. loco Sang.* instituit *libri plerique praeter Sang. et Grut. altero Prisciani loco, qui ex Caesellii Vindicis stromateo sumptus est. Vtrum* adposuit *an* instituit *scripserit poeta etiam recentiore perfecti forma* posuit *dubium reddi docuit Ritschelius de miliario Popilliano p.* 7 387 te eiecit *Vaticani RS teste Mommseno*, *Faernus* tē eicit *Neap.* (*cf. H. Keilius l. l. p.* 626) ten eicit *Vrsinus* ted eicit (*uel* eiecit) *O. Muellerus* ira *Vrsinus in adnot.* iras *cod.* foras *Faernus* *Creticos olim edidi, cum* eicit *seruarem.*

389 aiba^{n}t *Karolir.* exortam *scripsi* ortum *libri* oriundam *Vsenerus* quibusnam te ortum aibant locis *Bothius*. *Creticos* quibusnam Te aíbant o. l. *dimensus eram*, *nec placet* ted aibant ortam *in senario.*

Digitized by Google

PROMETHEVS

I

túm profusus flámine hibernó gelus

II

sublime áuolans
Pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem.

MEDEA

I (Argon. 1)

Pastor

tánta moles lábitur
Fremibúnda ex alto ingénti sonitu et spíritu.
Prae se úndas uoluit, uórtices ui súscitat:
Ruít prolapsa, pélagus respargít reflat.
Ita dum ínterruptum crédas nimbum uóluier,
Dum quód sublime uéntis expulsúm rapi

PROMETHEVS eadem fortasse fabula. I Priscianus VI p. 685 P. 'hoc cornu, tonitru, quae tamen antiquissimi inueniuntur in um quoque proferentes in eodem genere, et in us genere proferentes masculino et quartae declinationis ... Accius in Prometheo ...' (Actius Halb.) Non. 208, 1 'gelu ... masculini ... Accius Prometheo ...' II Nonius p. 17, 11 'adulatio est blandimentum proprie canum, quod et ad homines tractum in consuetudine est. M. Tul. de deorum natura lib. II ... idem de officiis I ... Lucretius ... Accius Prometheo ...' Leguntur eadem in uersibus Aeschyleis quos Cicero Tusc. disp. II 10, 23 a se Latino sermone expressos inseruit, u. 17 sq. De Nonii testimonio quid iudicem in prolegg. dixi. Praeterea quaedam fortasse ex Attiana fabula Varronem in suam Promethei liberi saturam ludibundum transtulisse olim suspicatus sum: certe a tragico colore non aliena fr. I—VI R. Denique ad idem argumentum spectare uidentur inc. fab. fr. XXII—XXV, et inc. inc. fab. LXXXIV sq.

MEDEA I—III Cicero de nat. deor. II 35, 89 'atqui ille apud Accium' (actium libri) 'pastor, qui nauem numquam ante uidisset, ut

390 tum *om. Priscianus* *Fortasse* tum súm flumine *coni. Kiesslingius* 390[1] sublime *Ciceronis libri* tui mei *Nonii Leid. Wolfenb.* auolans *Turnebus II 9 et 'nonnulli' Ciceronis codices* aduolans (*i. e.* abuolans) *Ciceronis Gud. Reg. Brux.* uolans *Nonii exemplaria* pennata *Nonii codices* 392 fremibunda *Ciceronis Leidd. A C Prisciani codd.* fremebunda *uulgo* ingeniti *Prisc. Par. A* spiritu *Priscianus* strepitu *Ciceronis libri* 393 euoluit *Cic. Leidd. AC Erl.* uertices *Ciceronis et Prisciani libri* 394 respargit *Erl.* respergit *ceteri* reflat *Priscianus* profluit *Cicero* 395 num *Glog.*, *Heindorfius* tum *Bouhierius* 396 num *Glog.*, *Heindorfius* tum *Bouhierius* uentis] uertice *Berg-*

Digitized by Google

Saxum aút procellis, uél globosos túrbines
Exístere ictos úndis concursántibus:
Nisi quás terrestris póntus strages cónciet,
Aut fórte Triton fúscina euerténs specus
Suptér radices pénitus undante ín freto
Molem éx profundo sáxeam ad caelum érigit.

II. III (Argon. 2. 3)

Sicút lasciui atque álacres rostris pérfremunt
404 405 Delphíni, item alto múlcta Siluaní melo
Consímilem ad auris cántum et auditúm refert.

IV (1)

'Ego me extollo in ábietem, alte ex túto prospectum aúcupo.

procul diuinum et nouum uehiculum Argonautarum e monte conspexit, primo admirans et perterritus hoc modo loquitur [I]. Dubitat primo, quae sit ea natura, quam cernit ignotam, idemque iuuenibus uisis auditoque nautico cantu [403—406]. Ergo ut hic primo aspectu inanimum quiddam sensuque uacuum se putat cernere, post autem signis certioribus, quale sit id de quo dubitauerat, incipit suspicari: sic philosophi' e. q. s. (Hic locus deest in Vind. et Pal.) Priscianus de metris Ter. p. 1325 P. (gramm. Latt. Keilii uol. III p. 424) 'Accius in Argonautis ex persona pastoris, qui primam uidit nauem Argo [400—402. 392—394].' Nonius 90, 8 'conciere, cum perturbatione conmouere. Accius Medea [399].' Buechelero suasore continuaui nunc II et III, nec ab eadem sententia longe aberat Kiesslingius IV Non. 467, 19 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo ... Accius Astyanacte ... idem Medea ...'

---

kius in Ephem. Darmst. 1841 *p.* 92 397 procellas *Bergkius l. l.* 400 auforte *Cic. Leid. B* fuscinae uertens *Cic. Leid. A* fustine uertens *Erl. Ciceronis* 401 supter *Prisciani Leid. V* subter *ceteri libri* undanti infracto *Prisc. Parr. AR*, *Vat. Leid. V* undantes ueniant freto *Ciceronis codd.* 402 at *Leidd. AC*, *om. Erl.* erigit *Lachmannus in Lucr. V* 1388 eruit *Cicero, Prisciani Parr. AR*, *Vat.* meruit *Leid. V* uomit *edd. interpol.*, *Bergkius l. l.* euomit *Toupius in Longini de subl.* 3 euehit *Klotzius* 403 sicut lasciui *nunc scripsi* sicut inciti *Erl. cum codd. plerisque*, *Bergkius l. l.* sic aut inciti *olim dedi* sic incitati *Glog.*, *Heindorfius* sicuti citi *uel* ut inciti *Manutius* sic Vt inciti *Bothius* sic inciti *Orellius* simis inciti *Lachmannus in Lucr. II* 266 sicut conciti *prop. Buechelerus* perfremitum *Erl.* perfricant '*nauem Argo scilicet*' *Lachmannus l. l.* 404 *sq.* item alto mulcta *scripsi* item alia multa *libri*, *quae uulgo pro Ciceronis uerbis habentur* item illa mota *uel* muta *prop. Buechelerus* siluata melo *Erl.* aut sic Siluani melos *coni. Kiesslingius* 406 consimile *Ciceronis libri* aures *Ciceronis libri* 407 altam *Bothius* prospectum *Gulielmus Veris. I* 21,

Digitized by Google

V (7)

'Apud uetustam túrrem

VI (8)

Vagánt, pauore pécuda in tumulis déserunt.
[A!] quí uos pascet póstea?

VII (2)

Primum éx immani uíctum ad mansuetum ápplicans

VIII (12)

ut tristis túrbinum
Toleráret hiemes, máre cum horreret flúctibus.

IX (5)

Nisi ut ástu ingenium língua laudem et díctis lactem lénibus.

X (14)

'Exul inter hóstis, exspes éxpers desertús uagus

XI (11)

Períte in stabulo frénos immitténs feris

XII (6)

Tun día Mede's, cúius 'aditum exspéctans peruixi úsque adhuc?

V Priscianus VII p. 761 P. 'turrim et turrem, ab hac turri et turre. Accius in Medea ...' (actius Halb. media Sang. Grut. Karolir. medaea Bern.) VI Non. 159, 10 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres dixerunt ... Accius Astyanacte ... idem Medea ..' Idem 467, 22 'uagas pro uagaris ... Accius Tereo ... item Medea: uagant ... deserunt.' VII Non. 323, 13 'immane rursum minime bonum, et nocens.' VIII Non. 422, 32 'horridum plerumque extans et prominens et erectum ...' IX Non. 16, 15 'lactare est inducere uel mulgere, uellere, decipere.' X Non. 12, 8 'expes' (exspes Leid. Bamb.) 'dicitur sine spe. Accius Eurysace ... idem Medea ...' XI Non. 307, 17 'ferus iterum ecus ...' XII Non. 238, 1 'aditus rursum aduentus.

Grotius Bibl. crit. n. IV prospectans *libri* 409 tumulo *Vrbin.* 308 sederunt *libri p.* 159, *nisi quod* sederet *Vrbin.* 308 410 a *om. libri*, *addidi exempli causa. Septenariorum frusta ita olim discripseram, ut in prioris initio creticum, in alterius duas integras dipodias deesse statuerem.* qui *W* quis *ceteri libri* uos, *ut edideram, Heinsius quoque* nos *libri* 411 primum *Bothius* 2 prima *libri* primo *Delrio* uictu *Basil.*, *Gerlachius* (*et potest uerius uideri*), *om. W* 413 horreret *Bothius* horret *libri* 414 ingenii fingam laudem, dictis lactem mollibus *Scaliger Coni. p.* 67 415 exul *uulgo* exuli *libri* 416 in stabulo *etiam Grotemeyer tacite reposuit* in stabule *libri plerique* bis tabule *Basil.* in stabulis *Vrbin.* 308, *uulgo* 417 tun dia

Digitized by Google

XIII (9)

Quí potis est refélli quisquam, ubi núllust causandí locus?

XIV (4)

Princípio extispicium éx prodigiis cóngruens ars te árguit.

XV (13)

. . . lauere sálsis uultum lácrumis . . . . .

XVI (10)

Perníci orbificor líberorum léto et tabificábili.

XVII (3)

Fors dóminatur, neque quícquam ulli
Proprium ín uita est.

MELANIPPVS

I (9)

'Vnde quis non mortális florem líberum inuidít meum?

Accius Meda ...' XIII Non. 89, 6 'causari, causam dicere uel defendere.' XIV Non. 16, 10 'extispices proprie aruspices dicti sunt, quod exta spiciant.' XV Non. 504, 9 'lauere inde tractum est ....'
XVI Non. 179, 26 'tabificabile' uel tabificum.' XVII Non. 362, 4 'proprium rursum significat perpetuum ... Accius Armorum iudicio ... idem Medea ...' Cf. Lucilius apud Nonium p. 362, 15: cúm sciam nihil ésse in uita próprium mortalí datum.' Adiungendum praeterea inc. inc. fab. XCIII uidetur.
MELANIPPVS I Non. 500, 13 'sic et inuidit illam rem pro illi rei. Accius Melanippo . . .' (Menalippo W) Cicero Tusc. disp. III 9, 20

Mede's *scripsi: cf. Ennii u.* 241 tunc diomedes et *libri* tun dia Medea es *Passeratius*, *Hermannus Elem. d. m. p.* 159 Diomede: tu *Duentzerus in Ephem. Marb.* 1848 *p.* 487 tune dic media es *Barthius Aduers. p.* 1837 tun dic Medea es *Lachmannus in Lucr. p.* 162 expectans *Passeratius* exspectant *libri* 418 refelli *Gulielmus Veris. I* 21, *Grotius Bibl. crit. nou. IV* repelli *libri* nullust *Vossius* nullus est *libri* 419 extispitium *Leid. Cf. Gebhardus Ant. Lect. I* 13, *Lachmannus in Lucr. I* 744 extispicum *fere persuasit Buechelerus: cf.* 501 te ars *Bothius*, *Lachmannus* 420 lacrimis *Bamb.* 421 pernici *Gulielmus Veris. I* 21 par neci *libri* lecto *W* 422 *sq. Anapaestos agnouit Bothius* 2, *quamquam possunt etiam trochaei esse*
422 quicquam *scripsi: cf. Lucilius s. l.* uita *libri*, *merito suspectum Buechelero* illi *W* 423 propria *libri* inuita (*sc.* Forte) *Bothius* 2
424 unde quis non mortalis] unde aut quis mortalis *Nonius*, *quod* unde quis haut *interpretatur Kiesslingius.* quisnam (quasnam *Gembl. m.* 1) *Cicero*, *Isidorus. An malis* num déus aut quis (*uel* déa quis aut) mortális? liberum *om. Isidorus* meam *Nonius*

Digitized by Google

II (7)

Óeneum aliquis cétte in conspectum, aút nos, ubi ubi est, dúcite
'Ad eum.

III (10)

'Egone auxilio núdus temere ut hósti me animato ófferam?

IV (8)

'Est res aliqua, quám praesente his príus maturare ínstitit.

V (1)

tete ésse huic noxae obnóxium

VI (3)

Reícis abs te réligionem: scrúpeam imponás [tibi]?

'nomen inuidiae, quod uerbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Melanippo ... male Latine uidetur, sed praeclare Accius. Vt enim uidere, sic inuidere florem rectius quam flori. Nos consuetudine prohibemur: poeta ius suum tenuit et dixit audacius.' (Melanippo optimi libri Melanippa Bern. in mg. Menalippo uel Menalippa deteriores. Cf. C. Keilius Spec. onomatol. Graeci p. 37 sqq.) Isidorus differ. 'inuidiae autem nomen dictum est a nimis intuendo felicitatem alterius, ut est illud: quisnam florem inuidit meum?

II Non. 85, 2 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo ... Accius Melanippo ...' III Non. 233, 15 'anima iterum significat iracundum uel furiosum ... Accius Menalippo ...' IV Non. 154, 17 'praesente, coram uel praesentibus ... Accius Menalippa ...' Idem 349, 1 'maturum dicitur celer ... Accius Menalippo ...' (Menalippo, sed n et l corr. transpositis W) V Festus p. 174 M. 'noxa peccatum, aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo: tete' c. q. s. VI Varro de l. L. VII 65 M. 'a pede ac scrupea. Ex eo Acci positum curiose:' (curiosa libri) 'itaque est in Melanippa ...' (sic Flor. penalippa Par. a)

425 Oeneum *Vossius* (*qui tamen etiam* autem *probat*), *Rothius*, *Bergkius* aeneum *libri* en eum *Iunius in mg.* ubi ubi *Grotius Bibl. crit. nou. IV*, *Bergkius* ubi *libri* 426 ad eum *delet Duentzerus in Ephem. Marb.* 1848 *p.* 486 427 nudus *Lipsius Epist. quaest. IV* 8 motus *libri plerique* mortuus *ms. Barthii* temore *ms. Barthii* tremore *Barthius Adu. p.* 1850 428 quam *Grotius Bibl. crit. nou. IV* quae *libri p.* 154, *om. libri p.* 349 praesentem *Leid. p.* 154 praesente te *ceteri p.* 154 maturare *Basil. p.* 349, *Grotius l. l.* matura *libri p.* 154 mature *ceteri p.* 349 instituit, *sed* u *compuncta*, *W p.* 349 instititi *Grotius l. l.* 430 *sq.* reicis *Flor.* reiicies *Haun.* reiices *Goth.* reiicis *ceteri libri* reiicias *Scaliger Coni. p.* 76
431 ut scrupeam *O. Muellerus* tibi *O. Muellerus*, *om. libri* reicias 'Abs te r. neue s. i. t. *olim dederam: nunc Vsenerus persuasit similem structuram esse ut Ter. adelph.* 117 *et alibi, nisi quod interrogari statuo*

Digitized by Google

VII (5)

Néque ratum est quod dícas, neque [ea] quae ágitas dicendi ést locus.

VIII (2)

Credín me amici mórte inbuturúm manus?

IX (12)

Parátus sum ubiuis pétere pestem pérmiti.

X (11)

Híc Melanippum intrá traiectus némorum, in salti faúcibus

XI (6)

[Cum] óbuiamst adque áduorsum aptus, álter in promptu óccupat.

XII (4)

Cónstitit cognóuit sensit, cónlocat sese ín locum
Célsum: hinc manibus rápere raudus sáxeum grande ét graue.

VII Festus p. 274 M. 'ratus sum significat putaui, sed alioqui pro firmo, certo ponitur ratus et ratum — et Accius in Menalippo: neque' e. q. s. VIII Non. 521, 7 'inbuere consuetudo inducere uel inficere existimat, cum sit proprie maculare uel polluere uel inficere. Accius Armorum iudicio ... idem Melanippo ...' IX Non. 219, 1 'pernities' (permities Leid., etiam in W n radendo ex m facta. Cf. adn. ad Enn. 229) 'generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. II: pestem pernitiemque catax' e. q. s. 'neutri Accius Menalippo ...' (Melanippo Leid.) X Non. 485, 29 'salti pro saltus. Accius Melanippo ...' (Menalippo Bamb.) XI Non. 234, 24 'aptus significat adeptus. Accius Menalippo ...' XII Festus p. 265 M. 'rodus uel raudus significat rem rudem et imperfectam: nam saxum quoque raudus appellant poetae, ut Accius in Melanippo: constituit' e. q. s.

---

432 ea *Vossius*, *om. cod.* 433 credín me *Vsenerus* credite me *libri plerique* credite, *om.* me, *W* credisne *Welckerus l. l. p.* 854 *Temptabam* créditisne méd amici morte *Iunius* mortem *libri* inbutorum manu *Bamb.* 434 permities *Leid.* pernities *ceteri libri* pernitium *Mercerus* per necem *Bothius* 2 435 Menalippum *Bamb.* int̃ *Bamb.* interea *W* inter *Vossius* saltis *W* 436 cum *om. libri* obuiam est *Bothius* 2 obuia mens *libri* obuiam ense *Grotius Bibl. crit. nou. IV* adque] idque *libri*, *nisi quod* denique *ms. Barthii* it *Grotius* itque *Bothius* 2 obuium ensique *Buechelerus* alteri *ms. Barthii* occubat *ms. Barthii* 437 constitit *A. Augustinus in mg.* constituit *cod.* 438 raudus *O. Muellerus* roudus *cod.* rodus *Augustinus* grande et

XIII (Meleag. 14)

Régina, aderit témpus, cúm hice tórris, quem amburí uides

MELEAGER

I (12)

. . . frugis próhibet pergrandéscere.

II (1)

Vagént ruspantes sîluas, sectantés feras

III (10)

Quam inuíta ancillans, dícto oboediéns uiri

IV (16)

Frígit aper saetás rubore ex óculis fulgens flámmeo.

V (3)

Gaúdent currunt célebrant, herbam cónferunt donánt, tenent,
Pró se quisque cúm corona clárum conestát caput.

XIII Non. 15, 29 'torris dicitur fax; unde et torridare dicimus comburere. Accius Menalippo: regina . . . uides. Idem Meleagro ...' (uides Maloagro Leid.) Adiungendum fortasse inc. inc. fab. II
MELEAGER I Non. 115, 10 'grandire est grandem facere ...'
II Non. 166, 20 'ruspari est scrutari ... Accius Nyctegresia ... idem Meleagro ...' III Non. 72, 2 'ancillantur pro seruiunt ...'
IV Non. 308, 9 'frigit correpta prima syllaba significat erigit. Accius Meleagro [XVII] idem in eadem [IV].' V Non. 317, 15 'herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt ...'

---

graue *Turnebus Adu. XIII* 25 grandem et grauem *cod.* 439 regina, aderit *Buechelerus* (*ipse* regina, olim aderit *scripseram*) regina erit *libri* o regina, erit *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 86, *non male.* regi namque erit *Bothius hic senarium claudens.* regina, escit *L. Mueller de re m.* 441 cum hic torris *libri* quod huicce torri *Bothius* *An* torrus? 440 frugis *libri cf. Lachmannus in Lucr. I* 744 fruges *Aldina* 441 rospantes *Leid.* sectantes *ms. Fabri*, *Iunius* sextamtes *ceteri libri* 443 friget *Palat.* erigit *post Schoppium de arte crit.* 40. 47 *Buechelerus mus. Rhen. XIV* 445 aper saetas *scripsi* aestas *libri plerique* extuans *Palat.* saetas *Buechelerus* aestus *Gulielmus in Capt. cap.* 5 aestuans *Gebhardus Ant. Lect. II* 24 444 conterunt *Leid.* 445 cum] cumque *Bern. b* conestat *L. Mueller de re m.* 253, *postquam* cohonestat *inueneram.* constat *Basil. Leid. W* conectat *Geneu. Bern. b* circumstat *Palat.* constitit *ms. Cuiac. Vict. m. pr.* conlustrat *Scaliger* connectit *Delrio*

VI (4)

Cuíus exuuias ét coronam huic múnerauit uírgini.

VII (8)

Rémanet gloria ápud me: exuuias dígnaui Atalantaé dare.

VIII (11)

timida elíminor,
[E] clamore símul ac nota uóx ad auris áccidit.

IX (18)

Heú! cor ira féruit caecum, améntia rapiór ferorque.

X (7)

Eúm suae uitae fínem ac fatis ínternecioném fore
Méleagro, ubi [ille] tórrus esset ínterfectus flámmeus.

XI (17)

. . . nunc sí me matrem mánsues misericórdia
Cápsit

XII (2)

Quae uástitudo haec aút unde inuasít mihi?

VI Non. 499, 11 'datiuus pro accusatiuo ... Abius Meleagro ...' (Accius Aldina) VII Non. 470, 17 'dignaui pro dignatus sum uel dignum duxi.' VIII Non. 39, 4 'eliminare, extra limen eicere ...' Idem 292, 20 'eliminare est exire .... Accius Foenissis ... idem Meleagro ...' IX Non. 503, 7 'feruit pro feruet ....' (Omittitur hic locus in W) X Non. 15, 30 'torris dicitur fax, unde et torridare dicimus comburere. Accius Melanippo ... idem Maleagro ...' (Maloagro, om. idem, Leid.) XI Non. 483, 10 'mansuete et mansues pro mansuetum, ut sit nominatiuus mansues ... Accius Meleagro: nunc' e. q. s. (mele nunc Bamb.) XII Non. 184, 32 'uastities et uastitudo et uastitas, horror et desertio et contagium ... Accius Eu-

446 uirgi *W* 447 Atalantae *uulgo* Athalantae *libri plerique* Athalante *Bamb.* 448 timidae *Geneu. p.* 292 timido *Basil. p.* 292 timide *Leid. m. pr. p.* 39, *libri plerique p.* 292 tum ut *libri plerique p.* 39 449 e *om. libri* ac nota *libri p.* 39, *Basil. p.* 292 agnota *ceteri libri p.* 292 aures *libri p.* 39 accidit *libri p.* 39, *Basil. p.* 292 acciuit *ceteri libri p.* 292 450 cecum *Bamb.* ferorque *ed.* 1526 feruorque *libri* feror *Scriuerius* 451 eum] tum *Vossius* suae *Vossius* suum *libri* éum suae uitaé finem *potius quam* eúm suae uitae finem *recitari uitandi hiatus causa suadet CFW Mueller prosod. Plaut.* 593 fatis *Buechelerus et Kiesslingius* fati *libri* 452 Meleagro *uulgo* Maleagro *libri* ubi torrus *libri* ubi torris

Digitized by Google

XIII (15)

Caue lássitudo póplitum [tuum] cursúm leuet.

XIV (13)

Labórem aut minuat ítiner ingressúm uiae.

XV (9)

Qui erít, qui non me spérnens, inciláns probris,
Sermóne indecorans túrpi fama dífferet?

XVI (5)

460 'Erat istuc uiríle, ferre aduórsam fortunám facul.

XVII (6)

461 462 Frígit fricantem córpus acula occúlte abstrusa in flúmine.

MINOS siue MINOTAVRVS

'Ex taurigeno sémine ortam fuísse an humanó feram

rysace ... idem Meleagro ...' XIII Non. 336, 28 'leuare etiam minuere.' XIV Non. 482, 27 'itiner dictum pro iter .... Accius Oenomao ... idem Meleagro ...' XV Non. 124, 32 'incilare est increpare uel inprobare.' XVI Non. 111, 23 'facul pro faciliter ...' XVII Non. 308, 9 (uide IV) Coniectura his addi licet inc. inc. fab. CXI et CXIII.

MINOTAVRVS Priscianus VI p. 677 P. 'caprigenus, terrigenus, taurigenus ... Accius in Ioe: ex' e. q. s. (Actius Halb. in .I.oe Bern. Minoe Dresd.) Macrobius Sat. VI 5, 14 'caprigenumque pecus ... Accius in Philocteta ... idem in Minotauro ...'

---

uulgo, *Lachmannus in Lucr. VI* 743, *qui hiatum defendit* ubi ubi torrus *L. Mueller de re m.* 30 455 aut unde] animi? unde *malim* actutum *coni. Kiesslingius* 456 poplitum *edd.* poplit *libri* tuum *om. libri* 457 laborem *Vossius* labore *libri* ingresso *Vossius* uiae *Vossius* uia *libri* 458 qui erit *Leid.* quis erit *ceteri libri* 459 differet *Iunius* differret *libri* 460 istuc uirile *Vossius*, *Lachmannus in Lucr. III* 400 uirile istuc *libri* *Buechelerus haec* erát uirile istúc, aduorsam ferre f. f. *praefert* 461 *sq.* frigit *libri*, *quod in* erigit *mutare* (*cf.* 443) *non ausim* 462 fricatque corpus *Vossius* acula *scripsi* acuum *libri* actutum *Iunius in mg.* atrum *Vossius* acutum *olim conieci* occulte abstruso *libri* abstruso, *deleto* occulte, *Bothius*.

Fuit cum haec érigit fricántem corpus sáxum abstrusum in flúmine *luderem* 463 ex *om. Macrobius* ortum *Macrobius* ortam ****** * fuisse *Halb. Prisciani* fuisse *om. Par. Angl. Salisb. Med. a Macrobii* an humano feram *conieci.* an humano, *om.* feram, *Prisciani Reg. m.* 1, *Macrobius* eam an humano *Grut. Prisciani* an humano eam

Digitized by Google

MYRMIDONES Vide p. 137

NEOPTOLEMVS

I (8)

quid si ex Graécia
Omni íllius par némo reperirí potest?

II (2)

Haut quísquam potis est tólerare acritúdinem.

III (12)

. . . ueritátis uis atque ácritas

IV (3)

Vím ferociam, ánimi atrocitátem, iram acrimóniam

V (9)

Sátis iam dictum est, néque ego errantiae ánimi praue mórigerabor.

VI (7)

Atque ádeo ualuas sónere sensi régias.

VII (4)

Dolét pudetque Gráium me et ueró piget.

NEOPTOLEMVS De forma NEOPTOLOMVS (cf. fr. III. V) et similibus post Fleckeisenum annall. philoll. 1866 p. 7 et alios dixit L. Mueller ibidem 1867 p. 751. I Non. 501, 2 'genetiuus pro datiuo.' II Festus p. 356 M. 'tolerare, patienter ferre.' III Non. 493, 15 'acritas.' (Neoptolomeo W) Gellius XIII 3 'sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas an suauitas, sanctitudo an sanctitas, acerbitudo an acerbitas, acritudo an, quod Accius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita nihil rationis dici potest, quin necessitudo et necessitas separentur.' IV Non. 73, 20 'acrimonia est animi uiuacitas ...' V Non. 204, 12 'error masculini est generis ... feminini Accius Neoptolemo ...' (neoptholomo Vrbin. 308) VI Non. 505, 13 'sonere inde tractum est ...' VII Non. 424, 1 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae ...'

---

ceteri an humano cluam *Bothius* 464 Graecia *uulgo* Grecia *libri plerique* agrecia *W* 465 omni *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 818 omne *libri* illius *Mercerus* ilium *libri* illùm *Vossius* reperiri *Bamb.* repperiri *ceteri libri* 466 haut *A. Augustinus in mg.* aut *cod.* 467 ueritatis uis *Vossius* uis ueritatis *libri* 468 ferociam animum atrocitatem *libri* ferociam animi, atrocitatem *Bothius* 471 dolet *Fruterius Veris. II 5* doet *libri* que *Fruterius* quae *libri* Graium *Fruterius* grauium *libri.* Graiium *scriptum fuit*

Digitized by Google

VIII (5)

Decoráre est satius quám uerbena et taéniis.

IX (11)

Tú, uti dixi, mácte his armis, mácte uirtuteí patris.

X (6)

Sed quém mihi iungent? cuí, quae cum illo fúerim, dignabór dari?

XI (10)

Sátin astu et falléndo callet?

XII (1)

'Vbi nil contrá rátionem aequam hábuit, adsensít silens.

XIII (14)

Sed quesdam

TROADES

I (1)

Nec fúrno faxo frúges frendas tórridas.

VIII Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati — — Accius in Neoptolemo: decorare' e. q. s. IX Non. 341, 30 'mactare est magis augere ... Accius Optolempo ...' (Neoptolemo Iunius) X Non. 281, 3 'dignatus significat dignus habitus ...' (Sed hic dignabor actiuo sensu intellegendum.) XI Non. 258, 5 'callet significat scit ... Accius Aeneadis ... idem in Neoptholemo ...' XII Non. 469, 15 'adsensit est et passiuum.' (adsentit Bamb.) XIII Priscianus XIII p. 960 P 'accusatiuum etiam quos quas uel ques ...'

Addas licet inc. inc. fab. III: perperam olim Troadum et Hecubae reliquias adiunxi.

TROADES I Seruius in Aen. I 179 'et torrere parant flammis et fran-

472 *Superioris uersus clausulam hanc fere fuisse:* tumulum sanguine *Hauptius suspicatur, ut narrat Mommsenus l. l. p.* 85: *ego* capillos casside *uel simile quid supplendum censeo. Ante illum, senarium ut explerent*, tumulum decorare *Bothius* deos ornare *Fruterius* uerbena et taeniis *Hauptius* urbem exeneis *Vrsinianum apographum* urbem e taeniis *Vaticc. RS Polit., mg. Vrs.* urbem taeniis *ed. princ.* 473 ta *libri* (optolemptata *Basil.*) ita *Iunius: sed librorum scripturis indicari* tempta ut dixi *acute monet Buechelerus* uti *Vossius* ut *libri* armis *Bern. b* armisque *ceteri libri* macta *Bothius* uirtuti *Bern. b* uirtutem *ceteri libri* uirtute *W. Wagner mus. Rhen. XXIII* 380* macte ob uirtutem patris *Hermannus* 474 cui quae cum *Mercerus* tuique tu *libri* fuerim *Mercerus* fuerint *libri* 476 nil *Bothius, item Vsenerus in prooemio Gryphisw. aest.* 1866 *p.* 12 nihil *libri* aequam *Fruterius Veris. II* 5 et quam *libri Hiatum tolles* habéuit *scribendo, ut* habessit *apud Cic. de leg. II* 8 adsentit *Bamb.* 478 nec furno faxo *scripsi* nocturnam saxo *Cass.*

Digitized by Google

II (3)

Sed utrúm terraene mótus, sonitusne ínferum
Peruásit auris ínter tonitra et túrbines?

HECVBA

Vetér fatorum términus sic iússerat.

NYCTEGRESIA

I (2)

clássis adit: occlúditur:

Féruit

II (6)

Scándit oras, láterum texta [flámma] Vulcaní uorax.

gere saxo] quidam ne ὕστερον πρότερον sit, alios torrere, alios frangere accipiunt. Accius Troadibus ...' (Extant in solo Cassellano: uide G. Thilonis progr. Naumburg. a. 1856) Non. 447, 20 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare .... Accius Troadibus: saxo fruges frendas.' II Priscianus VI p. 680 P. 'hoc cornu genu tonitru, quae tamen antiquissimi inueniuntur in um quoque proferentes in eodem genere .....' (Actius Halb. troiadibus Grut. droadibus Sang.) Addendum fortasse inc. inc. fab. XXXVIII

HECVBA Priscianus VI p. 716 P. 'quamuis ueter etiam analogia exigit ut bene sit dictum. Accius in Hecuba: ueter ... iusserat, pro uetus.' (Actius Bamb. Halb. Attius Grut. ʰecuba Reg. ecuba Bamb. becula Sang. Grut. Karolir.) Comparauit Heimsoethius ind. scholl. Bonnens. 1866/7 p. XI ex Euripidis Hecuba u. 584: θεῶν ἀναγκαῖον τόδε (nam sic extat scriptum)

NYCTEGRESIA (NOECTEGRESIA: cf. fr. III. VI) Pauli Festus p. 78 M. 'egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo: unde et nyctegresia quasi noctisurgium.' I Non. 503, 2 'feruit pro feruet ...' (Nictaegressi Bamb.) II Non. 227, 27 'textus masculini est generis. Neutri ...' (Nyctegresias scendit Leid. mittegresi ascindit Vrbin. 308)

---

nocturna saxo *Scriuerius* frendas *Nonius* franges *Seruius* 479 sed *in rasura* (*pr. m. non liquet*) *Halb.* utrum dubium est terrae *Halb.* terraene *Buechelerus* terrae *libri* terrai *L. Mueller de re m.* 442 sonitusne inferũ *Halb. m. alt.* (*pr. m. non liquet*) sonitusne inferṇum (̣ *m. alt.*) *Bern.* sonitusne infernum *fr. Amien. Sang. Vind. b* sonitus uerii ferrum *Grut.* sonitusue inferum *Delrio* 480 p̃uassit *Sang.* persuasit *Bamb. Grut. Bern. fr. Amien. Karolir.* auris *in mg. Grut.* aures (i superscr.) *Reg.* in *Grut.* tonitr* (*eras. a ut uid.*) *Halb.* tonit** *Bamb.* tonitrua *Bamb. m.* 2 tonitrũ *Halb. m.* 2 turbinis *Reg. Karolir.* turbineis *M. Hertzius* 481 iuserat *Grut. m.* 1 *Karolir.* 482 aditocluditur *libri plerique* adit claditur *Leid.* aḍdid claditur *Bamb.* adit clauditur *Aldina* aditus clauditur *Vossius* adeo occluditur *Bothius*. *An* aditu occluditur? 484 scandit *Can-*

III (5)

Cuius nós tumulti caúsa accierim et quíd parem, animum aduórtite!

IV (Clyt. 11)

Aut égo illim eripiam aut ílli poenas súfferam.

V (8)

id quód facis gratum ét graue est.

VI (9)

'An ego Vlixem oblíscar umquam aut quémquam praeponí uelim?

VII (1)

Iúue nunc adtemptáre, iuue nunc, ánime, ruspari Frygas!

III Non. 484, 5 'tumulti pro tumultus ... Accius Aeneadis ... idem Nectegresia ...' IV Non. 397, 3 'sufferre significat dedere uel supponere ... Accius Nyptegressia ...' V Non. 315, 20 'graue, solidum et firmum. Accius Athamante ... idem Nyctegresia ...' (yctegresia Basil. metegrasia Vrbin. 308) VI Non. 500, 4 'accusatiuus pro genetiuo ... Accius ..... in Nectegresia ...' Quadrat ex Iliadis X u. 243: *πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;* VII Non. 166, 18 'ruspari est scrutari. Accius Nycteresia ...'

---

terus Nou. Lect. V 22 scendit *libri* iamiam ascendit *Bothius* 2: *et fortasse* ascendit *scripsit poeta.* oras *scripsi: cf. Lachmannus in Lucr. IV* 142 hora *libri* aura *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 778 ira *Canterus* horum *Bothius* 2 ascendit Graia *Buechelerus annall. philoll.* 1863 *p.* 334 flamma *om. libri* Vulgani *W* Volcanus *Gifanius, Bothius* 2 485 *Iambicum tetrametrum agnouit Bergkius* acierimeo quid *W* parem *Bamb., Stephanus* parum *ceteri libri* animum aduortite *Bergkius* animum aduortito *Bamb.* diuorti, *om.* animum, *ceteri libri* aduortite *Stephanus* 486 aut ego illum *libri* aut illum ego *Bothius* 2 rapiam *Bothius* 2 illi *libri, aduerbium puto.* uobis *olim ausus sum.* poenas *Mercerus* poena *libri* 488 Vlixem *Bamb., Mercerus* Vlixen *ceteri libri* obliuiscar *libri* (*cf. nunc Fleckeisenus ann. philoll.* 1870 *p.* 73) *Trochaeos post Bothium probauit Ritschelius in Plaut. Mil.* 1359, *iambicum tetrametrum commendauit Bergkius in ephem. suis a.* 1852 *p.* 334. *Ceterum cf. u.* 190

489 iuue . . . iuue *libri, quas ut antiquas formas imperatiui* iuua *et olim auctore Fleckeiseno seruaui et nunc quamuis illo annall. philoll.* 1868 *p.* 430 *in adn. reprobante seruandas duco.* iuua . . . iuua *Gebhardus Ant. Lect. I* 5 iube . . . iube *ed.* 1526 lubet . . . lubet *Mer-*

Digitized by Google

VIII (3)

Cuncta éxpedibo: id módo ius iurandúm date.

IX (7)

Tún quod superest sócium mittis léto? an lucti paénitet?

X (4)

Illos suapte indúxit uirtus, tú laudem illorúm leuas.

OENOMAVS

I (1)

Forte ánte auroram, rádiorum ardentum índicem,
Cum e sómno in segetem agréstis cornutós cient,
Vt rórulentas térras ferro fúmidas
Proscíndant glebasque áruo ex molli exúscitent

II (10)

atque éa coniectura aúguro

VIII Non. 505, 3 'expedibo pro expediam . . .' (Deest hic locus in Bamb. exceptis extremis 'iusiurandum date') IX Non. 486, 1 'lucti pro luctus. Accius Pelopidis . . . idem Nyctegresia . . .' (Nyptegressia W nictae egressa Bamb.) X Non. 336, 29 'leuare etiam minuere. Accius Meleagro . . . idem Nyptegresia . . .' Sat probabiliter eodem referuntur inc. fab. XIX et XX.

Oenomavs I Non. 395, 22 'segetem etiam ipsam terram dicimus . . .' II Non. 469, 2 'auguro' (Oenemao Bamb.)

---

cerus, non male (*si* lube *scriptum fuit*). iuben . . . iuben *L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 431, *CFW Mueller prosod. Plaut.* 115 animo *libri* *Iambi placent etiam Bergkio* 490 cuncta *edd.* cuncto *libri* 491 tun *uel* tum quod *Vossius* tunc quod *libri* tum quid *ed.* 1480 mittis *uel* mitti *Vossius* mittes *Bothius* laeto *Leid.* poenitet *W Bamb.* 492 *Iambi placent Bergkio* illos *Aldina* illo *libri* ui illos *Lachmannus in Lucr. VI* 755 suapte *nescio an possit pro nominatiuo haberi Catone quodammodo auctore*, *quem* uopte *pro* uos ipsi *dixisse testatur Pauli Festus p.* 379 *M. cf. Festus p.* 154 *M. u.* mihipte 493 forte *Turnebus Adu. XXIX* 2, *Lipsius Ant. Lect. V* 22 fer te *libri* ardentum *Scaliger Coni. p.* 61, *Gifanius in Lucr. p.* 402, *Lipsius* ardentem *libri* 494 e *Fruterius Epist. philol. ap. Grut. V* 385, *Lipsius*, *om. libri* *fortasse* agrestes 495 fumidas *scripsi.* fidas *libri* rosidas *Lipsius*, *Scaliger* rufulas *Bothius* uuidas *Turnebus* ferro et uuidas *uel* ferro terras uuidas *Vossius* ferro feruido (αἴθωνι σιδήρῳ) *Bergkius* 496 que *Iunius* quae *libri* exsuscitent *Fruterius* excitent *libri* 497 *An* eá?

Digitized by Google

III (6)

. . . praesto etiam ádsum. —
Expróme quid fers: nám te longo [ab] ítere cerno [huc] uádere.

IV (7)

Coniúgium Pisis pétere, ad te itiner téndere.

V (9)

Hórrida honestitúdo Europae príncipium primo éx loco

VI (3)

Ego ut éssem adfinis tíbi, non ut te extínguerem,
Tuam pétii gnatam: número te expugnát timor.

VII (5)

Sáxum id facit angústitatem, et súb eo saxo exúberans
Scátebra fluuiae rádit rupem.

VIII (4)

Quemcúmque institeram grúmmum aut praecisúm iugum

III Non. 485, 5 'iteris positum pro itineris ...' IV Non. 482, 26 'itiner dictum pro iter ....' V Non. 120, 31 'honestitudo pro honestas.' VI Festus p. 170 M. 'numero nimium cito, celeriter nimium — Attius in Oenomao: ego' e. q. s. Non. 352, 17 'numero significat cito. Accius Oenomao: numero te expurgasti.' VII Non. 73, 24 'angustitatem.' (dictum pro angustia addit Bamb.) Haec Paetum in epistula ad Ciceronem laudauisse et ipse quaest. scen. p. 333 docui et monuit Krahnerus in Bergkii ephem. 1852 p. 398: illi respondens Cicero ad fam. IX 16, 4 adlusit his: 'quam ob rem Oenomao tuo nihil utor; etsi posuisti loco uersus Accianos. sed quae est inuidia? aut quid mihi nunc inuideri potest? ..... ita fit ut et consiliorum superiorum conscientia et praesentis temporis moderatione me consoler, et illam Accii similitudinem non [modo': recte del. Ernesti] 'iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam, quam existimo leuem et inbecillam ab animo firmo et graui tamquam fluctum a saxo frangi oportere.' VIII Non. 15, 25 'grummus dicitur agger, a congerie dictus.'

---

498 *Pro paroemiaci particula habeo* presto *Bamb.* etiam] *an* em iam? *cf. u.* 302 499 feras *Buechelerus* ab *om. libri* huc *om. libri* 500 Pisis *Delrio* Tisis *libri* petere *Delrio* patere *Bamb.* pater *ceteri libri* ad te *Iunius in mg.* eat te *libri plerique* a te *Bamb.* eo te *Delrio* iter *Bamb.* 501 horrida, *immo* horida: *cf.* 80 principium] *cf. Lachmannus in Lucr. I* 744 principum *Bothius* 2, *fort. recte: cf.* 419 502 petii *uulgo* peti *cod.* gnatam *Vrsinus* gnata *cod.* expugnat timor *O. Muellerus* expurgat timor *cod. Festi* expurgasti *Nonius* 504 augustitatem *Leid.* a^{u}ngustitatem *W* 505 fluuiae] *cf. Lachmannus in Lucr. p.* 326 506 *An* institerim?

IX (8)

Atque hánc postremo sólis usurám cape!

X (2)

Vos íte actutum atque ópere magno edícite
Per úrbem, ut omnes, qui árcem Alfeumque áccolunt,
Ciués ominibus faústis augustam ádhibeant
Fauéntiam, ore obscéna dicti ségregent.

PELOPIDAE

I (7)

. . stimuloue meúm cor?

II (2)

. . . et te ut tríplici laetarém bono

III (6)

. . nec tibi me in hác re gratarí decet.

IV (1)

Nam méd ut credam ex túo esse conceptúm satu,

IX Non. 231, 3 'usus . . . feminino . . .' X Non. 357, 13 'obscenum significat et maledicum.' Idem 206, 1 'fauor . . . feminino Accius Oenomao: augustam ... segregent.' Referri praeterea huc potest inc. inc. fab. CV.

Pelopidae I Martianus Capella III 272 'complexiua coniunctio est que, ue . . . expletiua, ut . . . apud Accium in Pelopidis . . .' (actium Bamb.) II Non. 133, 1 'laetare et laetiscere, laetificare . . .' III Seruius in Aen. V 40 'gratatur] quidam gratatur non gratulatur, sed laetatur accipiunt . . . .' IV Non. 174, 10 'satu positum pro semine.'

---

507 postremam *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 87, *fortasse recte* solic *Leid.* rape *Bergkius l. l.* 509 et omnes *W* arcem Alfeumque *Kiesslingius* arcana asteumque *libri, in quibus* arcem hanc *Vossius*, astuque *Turnebus Adu. XXIX* 28, *Muretus Var. Lect. XIII* 19 *coniecerunt* accolant *Basil.* 510 ominibus *Iunius* omnibus *libri* faustis] fauentius *Basil. Geneu. p.* 357 agustam *libri p.* 206 adhibent *libri p.* 357 *excepto Geneuensi* 511 ore *libri p.* 357 more *eidem p.* 206 dicti *Geneu. Leid. m. pr. p.* 357 dictis *libri p.* 206 dicta *ceteri libri p.* 357 dictu ut *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 8 segregens *libri p.* 206 segreget *W p.* 357 515 nam med ut *Mercerus* nam me ut *libri* nam mi ut hunc *Bothius* 1 namque eum uti *Bothius* 2, *non male.* nam multa ut *olim scripseram.* credam *Mercerus* heredam *libri* *Dubitari posse, an* conceptam *scribendum sit, in quaest. scen. p.* 335 *monui.*

Digitized by Google

Multa árgumenta rédigunt animum et cónmouent.

V (5)

. . . eius serpéntis squamae squálido auro et púrpura Praetéxtae

VI (3)

Césso hinc ire et láuere lucti uéstem in leto cóniugis?

PERSIDAE Vide p. 148

PHILOCTETA

I (16)

Inclúte, parua prodíte patria,
Nomíne celebri claróque potens

V Gellius II 6, 23 'squalere enim dictum a squamarum crebritate asperitateque .... Accius in Pelopidis ita scribit: eius ... pertextae. Quidquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret uisentibus facie noua horrorem, id squalere dicebatur.' Macrobius Sat. VI 7, 18 'squalere enim dictum ab squamarum crebritate asperitateque .... Accius in Pelopidis' (pelopidibus Paris.) 'ita scribit: eius' e. q. s. 'Quidquid igitur' e. q. s. Non. 452, 28 'squalere ... honesta re abundare et refertum esse ueteres honesta auctoritate posuerunt .... quod fuerit qualibet re densatum oneratum inculcatumque, squalere uoluerunt ... Accius Paelopidis ...' (Pelopidis Bamb.)
VI Non. 485, 32 'lucti pro luctus.' Addenda his fortasse ex Atreo fr. XVIII et XIX; num ad idem argumentum spectent inc. inc. fr. LXV et LXVI dubito.
Philocteta (Pilocteta) I Apuleius de deo Socratis c. 24 'sed ut, qui te nolet nobilitare, aeque laudet, ut Accius Vlixen laudauit in Philocteta suo in eius tragoediae principio: inclute .... Laertiade. Nouissime patrem memorat.' Quae descripsit Io. Sarisberiensis Pol. p. 402. Marius Victorinus p. 2522 P. (103 G.) 'anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Accium: inclute ... gentibus ultor.' Attilius Fortunatianus p. 2681 P. (326 G.) 'constat enim' (clausula: terruit orbem) 'ex dactylo et spondeo, quae clausulae et per se repetitae et inter se iunctae anapaesticon metron efficiunt, sic: terruit

516 multa *Bothius* 1 ut *libri* tot *Vossius* sat *Bothius* 2 mihi *olim scripseram.* tua *coni. Buechelerus* 517 squame *Rott. Gellii* squama *Nonius* squallido *Gellius* squalidae *Vossius* 518 textae *Nonius* texte *Vat. Rott. Reg.* 5765 *Gellii* pertextae *Hertzius* auro textae et purpura *Bothius* 2 519 hinc hire *W* lauere *Bothius* lapere *libri* rapere *edd.* capere *Buechelerus*, *L. Mueller de re m.* 421 laeto *Bamb.* leto, c *suprascr.*, *Leid.* lecto *W* 520 prodite *Guelf. b Brem. Apulei*, *Hermannus Opusc. III* 116, *om. Florentini* p̄dite *Charisii cod.* praedite *cum ceteris Bergkius Ind. lect. Marb. hib.* 1843 *p. V* patria] forma *Sarisberiensis*, *Bergkius l. l.*

Digitized by Google

Pectóre, Achiuis classíbus ductor,
Grauis Dárdaniis gentíbus ultor,
Laértiade!

II (11 Naeu. inc. fab. 17. Att. Prom. 3)

. . . . Lemnía praesto
Litóra rara, et celsá Cabirum
Delúbra tenes, mistéria quae
Pristína castis concépta sacris

* * *

Volcánia [iam] templá sub ipsis
Collíbus, in quos delátus locos
Dicítur alto ab limíne caeli

* * *

urbem primus ab oris [520] terruit urbem primus ab oris [521].' Charisius p. 289 sq. ed. Keil. (cf. Schneidewini commentatio Gottingensis 1841 p. 20, H. Keilius Philol. III p. 90 Anal. gramm. p. 38) 'rythmos autem in *spā* ..... [car]men [520 sq.] — — ut ex his | qui forte uersus inclyte parua ego com ..... dem uer .. fecero cuius sunt illa quaenam te adigunt hospes [inclyte], manebit isdem uocibus et est eodem flore et ex metro remouetur [et] mutatur et fit melos profecto, et si melos extenderis, ut in hanc ueniat quantitatem uorsus inclyte [hospes] parua praedite patria et duo commata uel hemistichia iunxeris ut fa|cias sic: quaenam te adigunt hospes stagna capacis uisere auerni.' II Varro de l. L. VII 11 M. 'loca quaedam agrestia, quod aliquoius dei sunt, dicuntur tesca. Nam apud Accium in Philocteta Lemnio [XIII]. enim loca quae sint, designat cum dicit: [525—528] dein' — sic etiam Flor. cum Goth. Haun. Par. a et b 'ut uidetur' — '[529—531] et: nemus expirante ... diuisus.' (in Philocteta

---

522 ductor *Sarisberiensis*, *Hermannus* auctor *Apuleius*, *Marius Victorinus* 525 *sqq. Anapaestos agnouit Scaliger Coni. p.* 67 525 *sq.* praesto littora rara *Augustinus in mg. ex libro* prest (praeest *Goth. Haun.* p̃ est *Par. b*) olitor ararat *libri* aspera tesca tuere *Scaliger e Festo u.* tesca *p.* 356 praesto littora iamiam *Hermannus Elem. d. m. p.* 387 p. l. raua *idem Opusc. III* 120 p. l. clara *Bergkius* grata *Buecheleirus* 527 tues *Bergkius Ephem. archaeol.* 1849 *n.* 4 misteria quae *Flor.* mysteriaque *ceteri* mysteria queis *Hermannus Opusc. l. l.* 528 castis concepta *Par. a et b 'ut uidetur'* castris concepta *ceteri libri* cistis consepta *Bergkius l. l. His quae Cicero de nat. deor. I* 42, 119 *habet adiungenda esse consentit cum Hermanno Opusc. l. l. Bergkius* 529 Volcania (*uel, ut mauult Buechelerus*, Volcani) iam *scripsi.* Volcania *Par. b 'ut uidetur'* Volgania *Med. cum ceteris libris* et Volcania *Scaliger* dein Volcania *Hermannus* 531 limine *uulgo* lumine *libri* 531 *sq.* caeli,

Nemus éxpirante uapóre uides,
Vnde ígnis cluet mortálibus clam
Diuísus: eum dictús Prometheus
Clepsísse dolo poenásque Ioui
Fato éxpendisse suprémo.

III (6)

. . . ubi habet? úrbe agrone? . . .

IV (15)

Quem néque tueri cóntra neque farí queas.

Ald. ut Philocto aetatem libri plerique, sed philotto Par. a, et etatem philocto Par. b etatem Flor.) Cicero Tusc. disp. II 10, 23 'ueniat Aeschylus, non poeta solum, sed etiam Pythagoreus; sic enim accepimus. quo modo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium? [533—536]. has igitur poenas pendens, adfixus ad Caucasum dicit haec: Titanum soboles' e. q. s. III Non. 318, 5 'habere rursus habitare ... Accius Filoctete ...' IV Macrobius Sat. VI 1, 55 'Vergilius: nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli. Accius in Philoctete ...' (filoctete Paris.)

---

et Nemus *Hermannus Opusc. l. l.* 532 nemus *boni libri* menius *Guelf.* Neuius *Lips: cum ed. pr.* Naeuius *cod. B* Aetnaea ui *Scaliger* grauia *Hermannus Elem. l. l.* expirante *Flor. Goth. Par. a* exspirante *Haun.* ex plante *Par. b* spirante *Scaliger* uapor *Scaliger* 533 ignis *Cicero* ignes *Varronis libri* cluet *Aldina Varronis et Par. b 'ut uidetur', Pith. Ciceronis, si fides Tregderi silentio* clauet *Flor. Goth. Haun. Par. a* clucet *Ciceronis Gud., unus Oxon.* elucet *Pith.* clucet *uel* ducet *Reg. m. pr.* lucet *idem corr. cum ceteris* clam *om. Varro* Feruidus: unde ignes mortalibus *Scaliger* unde ignis cluet immortalibu' Clam *Bentleius Epist. ad Mill. p.* 475 534 diuisus *Cicero: cf. Rhet. ad Herenn. IV* 6, 9 diuis (diuis *Flor.*) *Varronis libri*, *Bentleius* diuisse *Scaliger* eum *libri, Hermannus Opusc. l. l.* enim *Hermannus Elem. l. l.* nimi' *Bentleius* cluet *Scaliger* et hunc *Seyffertus* dictus *Cratandrina*, *Hermannus Opusc. l. l.* doctus, *suprascr.* i *m. eadem Cic. Brux.* doctus *ceteri libri, Scaliger, Bentleius, Hermannus Elem. l. l., Seyffertus* diuis semen doctus *Buechelerus* ignis *genetiuum interpretatus* 535 clepisse *cum Reizio Hermannus Opusc. l. l.* 536 furti expendisse *Bentleius* 537 urbe *mss. Merceri* turbe *ceteri* agone *Basil.* agrone *Bothius* 2 538 neque intueri *commendat CFW Mueller prosod. Plaut.* 286 neq. affari *Par.* nec adfari *cetera exempl.* neque affari *post Bothium et Hermannum probauit Vsener prooem. Gryphisw. aest.* 1866 *p.* 12. *Correptam primam uerbi syllabam statuerunt Geppertus de pronunt.* 92 *et* afari *scribi iubens Bergkius symb. ad gramm. Lat. I* 82 nec contra adfari *CFW Mueller l. l.*

V (10)

Confígit tardus céleris, stans uolátilis.

* * *

Pro uéste pinnis mémbra textis cóntegit.

VI (1)

Contra ést eundum caútim et captandúm mihi.

VII (17)

. . . cui potéstas si detúr, tua
Cupiénter malis mémbra discerpát suis.

VIII (13)

cáprigenum trita úngulis

IX (12)

Recíproca tendens néruo equino cóncita
Tela

X (9)

Philocteta

. . pinnigero, nón armigero in córpore

V Cicero de fin. V 11, 32 'ea perferant, quae Philoctetam uidemus in fabulis, qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam aucupio; configebat tardus celeres, stans uolantes, ut apud Attium est, pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.' Ipsum uersum 540, sed omisso nomine Censorinus fragm. c. 14 p. 94 Iahn. (2726 P. 406 G. 69 H.) tradidit: paulo fortasse inmutatum esse a grammatico suspicatur L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 433. Versum 539 elicuit Scaliger, tertium autem Hermannus effecit hunc: uitám sagittarum aúcupio propáginat, de quo conatu recte iudicat Maduicus. Separandos esse 539 et 540 uidit Hermannus
VI Non. 512, 12 'cautim pro caute. Accius Alfesiboea . . . idem Filoctita . . .' (Filotita Bamb.) VII Non. 91, 4 'cupienter, cupidissime.' VIII Macrobius Sat. VI 5, 14 'caprigenumque pecus nullo custode per herbas . . . Accius in Philoctete . . .'
IX Varro de l. L. VII 80 M. 'apud Accium: reciproca' e. q. s. 'reciproca est, quom unde quid profectum, redit eo.' Seruius in Aen.

539 configit *Bothius*, *Hermannus* configo *Scaliger* uolatiles *Scaliger* nolantes *Cicero*, *a quo Attiana non nihil esse deflexa recte, ut uidetur, censet Maduicus.* 540 pinnis *Censorinus* pennarum *Cicero* contegit *libri Censorini* contigit *Censorini ed. Hauercampiana* contegens *Scaliger* 541 eundem *Bamb.* et captando *W* captando, *om.* et, *Bothius* 2 542 si *Scriuerius*, *om. libri* 544 trito *Par.* 547 *sq. Dedi uersus secundum Hermannum.* ingemiscimus, Quod haéc pennigero, non a. in c. Exerceantur tela, abiecta gloria *Scaliger*

Tela éxercentur haéc abiecta glória.

XI (8)

[iaceo] in tecto úmido,
Quod éiulatu quéstu gemitu frémitibus
Resonándo mutum flébilis uocés refert.

XII (21)

E uíperino mórsu uenae uíscerum
Venéno inbutae taétros cruciatús cient.

XIII (2)

Quis tu és mortalis, qui ín deserta et tésqua te adportés loca?

IX 622 'neruoque equino; quia in arcubus nerui equini solent esse. Accius Philoctete: tendens ... tela.' X Cicero ad famil. VII 33 'ut etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod haec pinnigero n. a. in c. tela exerceantur, ut ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria.' XI XII Cicero Tusc. disp. II 14, 33 'num humana contemnentem potest dicere' ['aut Prometheum' add. Lallemand.] 'aut Philoctetam illum? a te enim malo discedere; sed ille certe non fortis, qui iacet in tecto ... refert.' Idem de fin. II 29, 94 'quamobrem turpe putandum est, non dico dolere ... sed saxum illud Lemnium clamore Philocteteo funestare, quod eiulatu ... refert. huic Epicurus praecentet, si potest, cum [XII]. sic Epicurus: Philocteta! si grauis dolor, breuis. at iam decimum annum in spelunca iacet.' Nonius 324, 26 'imbuere est inficere. Accius Filocteta [XII].' Cicero Tusc. disp. II 7, 19 'aspice Philoctetam, cui concedendum est gementi; ipsum enim Herculem uiderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. nihil igitur hunc uirum sagittae, quas ab Hercule acceperat, tum consolantur, cum [XII]. itaque exclamat auxilium expetens, mori cupiens [XIX]. Continuat Hermannus uersus 549—553 XIII Varro de l. L. VII 11 (uide II) Festus p. 356 M. '[tesca

---

Coni. p. 78 *Vide an haec* pinnigero haec, non a. in c. Tela exercentur uetere abiecta gloria *praestent* 548 abiectaagloria *Med.* 549 iaceo *Hermannus* tecto *Bouhierius* lecto *libri*, *Bentleius* 550 qui *tres Oxon. in Tusc.* heiulatu *Palat. A de fin.* fletibus *Hermannus tacite* 551 mutum *libri non solum boni* (mutu *Erl.*), *sed etiam deteriores fere omnes de fin.*, '*Oxon. aliq.*, *si fides collatoribus*' (*Or.*) *in Tusc.*, *Scaliger* multum *libri plerique in Tusc.* 552 e uiperino *Cicero in Tusc.* (cum) ex uiperino *Nonius* (*u. supra*) uiperino, *om.* e, *Cicero de fin.* cum e uiperino *praeter ceteros Hermannus* uenae uiscerum ueneno *om. Nonii Bern. b* bene u. u. *ceteri codices Nonii* 553 inbuta *Nonii Bern. b* imbuta *ceteri Nonii libri* tetris, *litteris* et *in ras. positis*, *Gud. in Tusc.* est et ero *Basil. Nonii* est etero *ceteri libri Nonii excepto Bern. b* (*qui* taetros *habet*) ciens *Bern. b Nonii* sciens *cetera Nonii exemplaria* 554 tesqua *Festi cod.* tesca *Varro* adportes *Scriuerius*

Digitized by Google

XIV (3)

quod te óbsecro, aspernábilem
Ne haec taétritudo méa me inculta fáxsit . . . . .

XV (4)

Contémpla hanc sedem, in qua égo nouem hiemes sáxo stratus pértuli.

XVI (14)

heu Múlciber!
Arma [érgo] ignauo inuícta ès fabricatús manu.

XVII (19)

'Ipsam Frygiam mítiorem esse [áio] immani Graécia.

XVIII (22)

Philocteta

Pári dyspari, si inpár esses tibi, égo nunc non essém miser.

Verrius ai]t loca augurio desig[nata, quo sit term]ino finis in terra auguri. Op[ilius autem Aureli]us loca consecrata ad [augurandum scrip]sit. Sed sancta loca undique [saepta doce]nt pontificii libri, in quibus [scriptum est — — — Cicero u]ero aspera, difficilia aditu — — [Accius in Philo]cteta: quis tu es mortalis, [qui in desert]a et' e. q. s. Cf. Horatii Epist. I 14, 19   XIV Non. 179, 32 'tetritudo. Accius Filoctita . . .'   XV Non. 469, 31 'contempla.'   XVI Macrobius Sat. VI 5, 2 'Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit et omnia mulceat ac domet.'   XVII Non. 323, 15 'immane rursum minime bonum, et nocens . . . .'   XVIII Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab

---

appones *Varro* adportas *Festi cod.*, *Hermannus*   555 *sq.* adspernabilem Ne haec *Hermannus* ne haec aspernabilem *libri*   556 mea me inculta *Scaliger*, *Hermannus* mea inocculta *libri*   faxsit *Leid.* faxit *ceteri*   557 nouem, a *suprascr.*, *Leid.* nauem *W Bamb.* saxo *Bamb.*, *edd.* taxo *ceteri libri*   558 éheu *Hermannus*, *septenarium statuens*   559 ergo *Hermannus in schedis*, *om. libri* es inuicta *Bothius*   560 *Sic nunc scripsi.* Frygiam mitiore esse sam imani Greciam *libri*, *nisi quod* miti more esse *Geneu.* mitymorem ex se *Basil.* Frygiam mitiorem esse immani Graecia *Mercerus* Fr. esse mitiorem i. G. *Hermannus* Fr. minorem esse aio immani Graecia *Naekius opusc. I* 77, *cui* minorem esse *Aldina monstrauerat* Fr. mitiore more esse quam immanem Graeciam *Gerlachius*, *et* immanem Graeciam *Aldina habet. Non placet traditus uerborum ordo* .. Frygiam m. e. ipsam i. G.   561 Pari dyspari si inpar esses] Paridis inpar esses *Ambr.* a *Bamb. m.* 2 *Flor. Tur. cum aliquot libris*,

Digitized by Google

XIX (7)

Philocteta

Heu! quí salsis fluctíbus mandet
Me ex súblimo uertíce saxi?
Iam iam ábsumor: confícit animam
Vis uúlneris, ulceris aéstus.

XX (5)

Sub áxe posita ad stéllas septem, unde hórrifer
Aquilónis stridor gélidas molitúr niues.

XXI (18)

'Agite ac uulnus né succusset gréssus, caute ingrédimini.

ultimo esse repetendas, ut . . . Philocteta: Pari' e. q. s. Attio cum ceteris dedit Hermannus quoque XIX Cicero Tusc. disp. II 7, 19 (uide XI) XX Cicero Tusc. disp. I 28, 69 'tum globum terrae . . . duabus oris distantibus habitabilem et cultum, quarum altera, quam nos incolimus, sub axe' e. q. s. Verba sub axe ... septem primus Attio dedit Bentleius. Schol. Veron. in Aen. VIII 28 p. 99 Keil. 'sub aetheris axe, sub dio. Accius in Philocteta ...' Non. 346, 18 'moliri, extruere; dictum a molibus ... Accius Filoctete: ubi horrifer ... niues.' Solo uersu 567 utitur Censorinus fragm. c. 14 p. 94 Iahn. (2726 P. 406 G. 69 H.) pro trimetri tragici exemplo, sed et poetae et fabulae nomen reticens. XXI Non. 16, 28 'succussare' (succusare Bamb.) 'est susum frequenter excutere.

---

quos consuluit Latinus Latinius pari dispar esses *Paris. a Goth. Voss. b*, *aliquot Latinii* Paridi si par esses *Bamb. Ambr. b Iens.* Pari, Dyspari, dispar esses *Schneidewinus Philol. IV* 656, *in quibus* Pari Dyspari *praeierat Burmannus* éheu *s.* hei hei Pari, dispar si esses *Hermannus* Pari, si imperasses *Zumptius*, *quae saltem metro sic erant accommodanda:* ó Pari, si tibi imperasses, ego *e. q. s.* (Paridi:) si imperasses, *nomine* Paridi *Quintiliano reddito*, *Delrio*, *Spaldingius* (Paridi:) si inpar esses *Bonnellius*, *et probat Halmius creticis constare uersum decernens.* 562 heu qui *optimi libri*, *nisi quod in Gud. extrema lineae et uocis littera uidetur erasa esse.* hei! quis *Hermannus* ecqui *Bentleius* 563 sublimo uertice *Reg. m.* 1 *Brux.*, *Wolfius* 2 sublim ouertice, *erasa post* m *una littera*, *Gud.* sublimi uertice *Reg. m.* 2, *Hermannus* 566 positum *schol. Veron.* ad stellas septem *om. schol. Veron.* unde] ubi *Nonius*, *Hermannus* 566 *sq.* horridus Aquilonis *schol. Veron.* horrifer aequisoni *Nonii codices plerique* horris terras qui soni *Basil. Nonii* Aquiloni' *cum Bentleio Lachmannus in Lucr. I* 186 567 gelidas] . . . . . as *schol. Veron.* 568 ne *Iunius* nec *libri*

XXII (20)

dracontem

PHINIDAE

I (1)

Hac úbi curuo litóre latratu
Vndá sub undis labúnda sonit.

II (2)

Simul ét circum magná sonantibus
Excíta saxis suauísona echo
Crepitú clangente cachínnat.

III (5)

Tacité tonsillas lítore in lecto édite.

IV (7)

Obtórque prorim ac súppa tortas cópulas.

XXII Charisius I p. 101 P. 'dracontem Accius in Filocteta, quod utique uenit a nominatiuo hic dracon.' Cf. Aeschyli Philoct. fr. 248 N. οὐ γὰρ δράκων ἀνῆκεν κ. τ. λ. Inseri in eandem fabulam possunt inc. fab. XXI. XXVIII, inc. inc. fab. XXXIV. XXXV. et post u. 528 XXXVII.

Phinidae (Pinidae) I Non. 504, 31 'sonit pro sonat. Accius Aeneadis ... idem Finidis ...' II Non. 463, 15 'cachinnare non risu tantum, sed et de sono uehementiore uetustas dici uoluit. Accius Finidis ...' III Festus p. 356 M. '[tonsillam ait] esse Verrius palum dolatum [in acumen et] cuspide praeferratum, ut existi[mat, qu]em configi in litore nauis re[ligandae] causa — — [Accius in Phi]nidis: tacete et tonsillas lito........ edite.' (cf. H. Keilius l. l. p. 626) Paulus p. 357 M. 'tonsilla' e. q. s. 'Accius: tacete et... edite.' IV Non. 200, 33 'copulae generis feminini. Accius Finidis ...'

---

569 hac *Scriuerius* ac *libri* curuo *uulgo* curbo *libri* latrans *Scaliger Coni. p.* 57 571 magna sonantibus *libri*, *nisi quod* megna *Leid.* magnisonantibus *Scaliger* magnitonantibus *C. Barthius ad Stat. Theb. VI* 13 saeua sonantibus *Bothius* stagna sonantibus *Bentleius Epist. ad Millium p.* 474, *Bergkius*, *qui* tonantibus *quoque uidetur probaturus esse* 572 suauisona echo] saeua sonando *libri*, *om. Bothius* saeuisona echo *Bergkius* saeua tonando *C. Barthius l. l.* saeua Celaeno *Bentleius* 573 trepitu *Bamb.* clangente *Scaliger* clangentes *libri* cachinnat *Scaliger* cachinnant *libri* 574 tacite *Grotius Bibl. crit. nou. IV* tacete et *Festus*, *Paulus* littora *Bothius* lecto *O. Muellerus* laeda *Paulus Festi* . . edo *apices in Festi cod. Vrsino apparuerunt*, *quos non agnouit H. Keilius l. l.* 626 laeuo *Delrio* laeto *Vossius* lecta *Bothius* indite *Bothius* 575 obtorque

V (3)

Aut saépe ex humili séde sublima éuolat.

VI (4)

Neque úlla interea fínis curarúm datur.

VII (6)

Salsís cruorem gúttis lacrimarúm lauit.

VIII (9)

Sé uenenis stérilem esse illius ópera et medicina aútu-
mans

IX (8)

quaeue adgnátio
Tibí congenerat géntum aut generum adfínitas?

PHOENISSAE

I (8)

Sol quí micantem cándido curru átque equis

V Non. 489, 5 'sublima pro sublimis. Accius Finidis ...' VI Non. 205, 10 'finem ... feminino ... Accius Finidis ...' VII Non. 503, 27 'lauit pro lauat ... Accius Finidis ...' VIII Non. 20, 29 'medicinam dicimus et uenenum; tractum a Graecis, qui uenenum farmacon appellant. Accius Finidis ...' (Finisdis Leid. Phoenissis Aldina) IX Non. 84, 28 'congenerat est adiungit, adsociat. Accius Fidinis ...'

Phoenissae (Poenissae) I Priscianus de metris Ter. p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustis-

Passeratius, *Lachmannus in Lucr. III* 172 abtorque *libri* prorim *W* prorem, *suprascr.* a, *Leid.* proram *ceteri libri cf. Lachmannus in Lucr. II* 553 supra *Leid.* 576 sublimia euolat *Bamb.* sublimae aduolant *Scaliger* sublimae euolant *Bothius* 577 curarum *Buechelerus* curas *libri* curai *Bothius* 578 guttit *W* 579 se uenenis *Buechelerus* seuenis *libri* si ueneni *Grotius Bibl. crit. nou. IV* sementim *Mercerus* seueris *Bothius* eius uenenis *olim scripsi* et *Mercerus* st *libri plerique* sunt *Vrbin.* 307 est *Leid.* autumas *Vrbin.* 307 autumant *Bothius* 580 *An* quaene? adgnatio *Buechelerus*, *qui senarios agnouit.* alfrafo, *priore* f *deleta et suprascr.* g, *ms. Victor. W* atgrafo *ceteri libri* Adrasto *Iunius*, *qui debebat saltem* Adrastum *uel* Adraste *scribere.* adgrauato *Bothius* 1. *Operam perdet qui nomen proprium* (*e. c.* Acastum Ascalaphum Aphareum) *quaerat. Nec magis probabile duco quod fuit qui proponeret* quaenam Graios. *Inepte* quae aueas, grato *Bothius* 2 congeminet *Bothius* 2 gentum *haud nolit Bothius* 1 gentium *libri* haud degenerum *Bothius* 2 581 soli qui *Prisc. Leid. V* micantem candido curru

Flammám citatis féruido ardore éxplicas,
Quianám tam aduerso augúrio et inimico ómine
Tebís radiatum lúmen ostentás tuum —?

II (10)

Ibi fás, ibi cunctam antíquam castitúdinem

III (1)

Vicíssitatemque ínperitandi trádidit.

IV (2)

. . . . . . ne horum díuidiae discórdiae
Díssipent distúrbent tantas ét·tam opimas cíuium
Díuitias

V (9)

Natús uti tute scéptrum poteretúr patris

simi .....' (foenissis Par. phenisis Vat. phoenisis Leid. V phoenissis ceteri) Versibus 581 et 582 Apuleius quoque non nominato auctore (nam lacuna praecedentia hausta sunt) utitur in Florid. II 10 p. 13 Kr.
Translata sunt ex Euripidis Phoen. prologo (u. 1):

ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν
καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,
ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
ἀκτῖν' ἐφῆκας κ. τ. λ.

II Non. 85, 10 'castitudinem pro castitate.' (in erigona Vrbin. 307: sequitur statim s. u. 'comitasset' ex Erigona locus) III Non. 185, 18 'uicissitatem pro uicissitudine.' (uicissitatim Bamb.) IV Non. 101, 19 'diuidae, ut dissensiones.' (diuidiae ed. 1526 Foenisis Bamb.) V Non. 481, 30 'sic potior illam rem pro illa re

---

Priscianus candentem feruido cursu *Apuleius*, *nisi quod* punicantem f. c. *antiquos fere codices habere testatur Becichemus.* candentem perdio *uel* peruio cursu *Hildebrandus* 583 quianam] *cf. Lachmannus in Lucr. I* 599 quianim *Vat.* et *suprascr. Par. R* omine (homine *Vat.*) *hic omissum u.* 584 *post* tuum *habent Parr. AR Vat. Leid. V* 584 tebis *Par. A* thebis *ceteri* ostentas *ante Krehlium Heinsius* ostentum *libri*, *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 88 ostendis *editiones interpolatae* ostensti *Vossius*, *fortasse recte* (*cf.* occisti *Pac.* 321) 586 tradidi *coni. Grotius Bibl. crit. nou. IV* 587 neorum *Bamb.* 587 *sq. Fleckeisenum nunc secutus septenarios*, *olim cum Bothio senarios discripsi* diuidiae discordiae *Fleckeisenus* diuidae et discordiae *libri* diuidiae discordes *Scaliger Coni. p.* 75 discordiae et diuidiae *Bothius* 588 disturbent *Scaliger* et disturbent *libri* et tam] tamque *malim* tam opimas *ms. Fabri*, *Scaliger*, *Lipsius Ant. Lect. IV* 18 iam optimas *ceteri libri* quiuium *Bamb.*
590 uti tute *Bothius* ut tute *libri* uirtute *Iunius* screptrum *W*

Digitized by Google

VI (13)

Num páriter uideor pátriis uesci praémiis?

VII (4)

'Egredere exi ecfér te, elimina úrbe! . . . . .

VIII (6)

. . . delúbra caelitum, árae, sanctitúdines!

IX (7)

Incúsant ultro, a fórtuna opibusque ómnibus
Desértum abiectum afflíctum exanimum expéctorant.

X (11)

'Ab dracontis stírpe armata exórtus genere antíquior

XI (5)

Obít nunc uestra moénia, omnis saúcios
Conuísit, ut curéntur diligéntius.

potior.... Accius Phenissis ...' (Foenisis Bamb.) VI Non. 416, 7 'uesci etiam significat uti ... Accius Armorum iudicio ... idem Fenissis ...' VII Non. 292, 19 'eliminare est exire ...' Haec Ciceroni in Catil. I 5 in mente fuisse putat Langius Vind. p. 34. Eteoclis sunt apud Euripidem u. 593: *καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανεῖ.* VIII Non. 174, 1 'sanctitudo pro sanctitas. Accius Tereo ... idem Foenissis ...' Polynices apud Euripidem u. 631 *καὶ σύ, Φοῖβ' ἄναξ ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε, Ἥλικές θ' οὑμοὶ θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.* IX Non. 16, 1 'expectorare est extra pectus eicere.' Tiresias Euripidis u. 874 *οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ Οὔτ' ἔξοδον διδόντες ἄνδρα δυστυχῆ Ἐξηγρίωσαν.* X Non. 426, 1 'antiquior, melior ... Accius Fenissarum ...' Item Tiresias Euripidis u. 942—948 *σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους Ἀκέραιος κ. τ. λ.* XI Non. 398, 2 'saucii dicuntur proprie uulnerati, non maesti, sicuti uult consuetudo.' Longius absunt quae apud Euripidem u. 1473 sqq. nuntius narrat.

---

poteretur *Bothius* potiretur *libri* 591 patriis *Bothius* patris *libri* praemiis *uulgo* praemis *libri* 592 effer te ex urbe, elimina *Scaliger* 593 caelitum aris sanctitudines *libri* caelitum, arae sanctitudines *Lipsius Epist. quaest. IV* 8 caelitum aras, sanctitudines *Bergkius l. l. p.* 87 *coll. Eur.* 367 595 exanimum *N. Faber* ex animo *libri* 596 surpe *Leid.* armata *Gulielmus Veris. III* 5 amata *libri* exortus *Mercerus* exoratus *libri* exaratus *Gulielmus* 597 obit *Mercerus* ubi *libri* obii *Bergkius* subit *olim dederam* uestra] *uel* nostra *uel* uasta *scribendum uidetur* 598 conuisi ut curarentur *Bergkius*

Digitized by Google

XII (3)

Iussít proficisci exílium quouis géntium,
Ne scélere tuo Thebáni uastescánt agri.

XIII (12)

. . quae ego cuncta ésse fluxa in meá re crepera cómperi.

THEBAIS

Qui ubi ád Dircaeum fóntem aduenjunt, múndule
Nitidántur iugulos quádripedantum sónipedum.

PROMETHEVS Vide p. 187

STASIASTAE uel TROPAEVM LIBERI

I (1)

Córporare abs térgo es ausus

II (2)

Cúm sub crudeleí dolore hoc ánima corpus líquerit

XII Non. 185, 6 'uastescant significat inhorrescant uel deserantur.' Creon apud Euripidem u. 1590 *σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας σὺ μήποτε Σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν· Ἀλλ' ἐκκομίζου.* XIII Non. 13, 20 'crepera res proprie dicitur dubia ...'.

THEBAIS (TEBAIS) Non diuersam fuisse hanc fabulam a Phoenissis Welckerus sensit. Non. 144, 17 'nitidant, abluunt, dictum a nitore ... Accius Thebaide ...'

STASIASTAE uel TROPAEVM LIBERI I Non. 20, 25 'corporare est interficere, et quasi corpus solum sine anima relinquere ... Accius Stasiastis uel Tropeo lib. I ...' (Liberi Scriuerius) II Non. 335, 1 'liquerit significat et reliquerit. Accius Stasiastis ...'

---

601 *Integrum septenarium talem* quaé ego cuncta flúxa esse *e. q. s. proponit Buechelerus* 602 qui ubi ad *Bothius* quin id *libri* dein ad *Vossius* Dircaeum fontem *Vossius* Circaeo fonte *libri* Dircaeo fonte *Delrio* aduenient *Leid.* mundule *Vossius* mundulae *libri* 603 iugulos *aut* iugula *conicio: nam recte Kiesslingius monet* nitidantur *uideri deponens esse.* uulgo *libri* unglae *Buechelerus Coni. Lat. p.* 6, bigae *idem per litteras.* puluere *Vossius* quadripedantum *Mercerus* quapripedantur *libri* sonipedum *Mercerus* soni pedum *libri plerique* soni, *om.* pedum, *Leid.* 605 cum sub (*uel* tum si) crudeli dolore *Buechelerus* tum sub idoloc de lore *Basil.* tum libide deleide lore *mss. Merceri* tum sibidae deloide lore *ceteri libri*, *nisi quod* subidae *Leid. Geneu.* cum subito dolore *Iunius in mg.* cum subito ex illo dolore *Vossius* tum tibi de dolore *Turnebus Aducrs. XXIX* 28 tum subito de illo dolore *Bothius* 1 tum ibi dolore *Bothius* 2 suum sibi de illoc dolore *olim temptaueram* hac *Basil.* haec *Vossius*

Digitized by Google

III (3)

Vulnére taetro defórmatum,
Suo síbi lautum sanguíne tepido

IV (4)

Nón uides quam túrbam, quantos bélli fluctus cóncites?

TELEPHVS

I (13)

Quantám Tyndareo gnáta et Menelaí domus
Molem éxcitarit bélli pastorque 'Ilius.

II (1)

Iam iám stupido Thessála somno
Pectóra languentque senéntque.

III (3)

quém ego ubi aspexí, uirum memorábilem
'Intui uidérer, ni uestítus taeter, uástitudo,

III Non. 337, 15 'lautum etiam inquinatum uel maculatum ... Accius Stasiasti uel Tropeo ...' IV Non. 524, 25 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Athamante ... idem Stasiastris uel Tropeo ...'

TELEPHVS (TELEPVS. Forma TELOFVS fr. IX et XI cum similibus comparanda, de quibus disseruit Fleckeisenus annall. philoll. 1866 p. 3 sqq.) I Priscianus de metris Ter. p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi .... Accius ... idem in Telepho ...' II Priscianus X p. 887 P. 'seneo inuenitur in usu.' (in Telepho om. Sang.)

---

606 *sq. Anapaestos agnouit Vossius; septenarium cum praecedentis exitu posuit Bothius* deformata *Basil.* 607 suo sibi *om. Bern. b* suci sibi *Basil.* sanguine tepo *Bern. b* tepido sanguine *Bothius* 608 quantos belli *L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 431 quantos uel *libri* quosue *Mercerus* 609 tindareo *Par. R* tyndare agnata *Vat.* melei *Vat.* domos *corr.* domus *Par. A* 610 excitant *corr.* excitarit *Par. R* Ilius *Putschius* illius *libri* 611 thesala *Bern. Halb. Karolir.* 612 languent *Bamb. m.* 2 *Halb. m.* 2 langent *Bamb. Halb. Sang.* plangent *Karolir.* que *om. Bamb. m.* 1 senentque] *litteris duabus extr. adrasis in Bamb.* 613 uirum *Vrbin.* 307, *edd.* uir *ceteri libri* uenerabilem *coni. Buechelerus* 614 diuorum aliquem intui Viderer *Delrio* Immortalem mi intui uiderer *Bothius* 615 *sq.* mestitudo uastitudo *libri* maesti-

Digitized by Google

Maéstitudo praédicarent hóminem esse . . . . .

IV (10)

Nam étsi opertus squálitate est lúctuque horrificábili

V (8)

Profécto hauquaquam est órtus mediocrí satu.

VI (2)

. . nam si a me régnum Fortuna átque opes
Erípere quiuit, át uirtutem néc quiit.

VII (12)

Nam huius démum miseret, cuíus nobilitas míserias
Nobílitat.

VIII (6)

Proínde istaec tua aufér terricula atque ánimum iratum
cónprime.

III Non. 136, 21 'maestitudo pro maestitia.' IV Non. 226, 3 'squalor ... feminini Accius Eurysace ... idem Telefo ...' V Non. 174, 13 'satu positum pro semine. Accius Pelopidis ... idem Telefo ...' VI Macrobius Sat. VI 1, 57 'Vergilius: nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, uanum etiam mendacemque improba finget. Accius in Telepho ...' VII Non. 352, 8 'unde et nobilitarent, notificarent dictum est ...' VIII Non. 227, 31 'terriculae ... neutri Accius Epinausimache ... idem Telefo ...'

---

tudo, uastitas *Delrio* *Octonarios continuauit Hermannus Elem. d. m. p.* 90 *hos:* Quém ego u. a. u. memorabilem intui u., Ní uestitus t., maestitudo, uastitudo . . Praédicarent h. e. *Quorum altero in u. caesura praemisso, non in fine addito trochaeo, e. c.* primo, *seruari poterat. Edidi librorum textum quamuis meo sensu non tolerabilem, quem olim audacius sic et mutaueram et interpolaueram:* quem ... uirum | Súmmis nominibús uiderer intui memorábilem, | Ní uestitus taéter, squales, uástitudo córporis, Maéstitudo p. h. esse obscuríssimum. *Leniore medicina haec elicias:* quém ego ubi aspexi, íntui memorábilem Virúm uiderer, ni uestitus uultus taetra uastitas Et maéstitudo p. h. e. 617 horrificabili *Vossius* horrificali *libri* 618 aium quamquam *Leid., in quibus recte uisa est Fleckeiseno scriptura* hauquaquam *latere* haudquaquam *ceteri libri* 620 et *Salisb.* a[et] *Med. a* nec quiit *scripsi* nequiuit *Salisb.* nequit *Par. Med. a b c* nequiit *uulgo* non quiit *Stephaniana* 621 nam *edd.* na *libri* his demum *libri* is demum *edd.* miserer *libri* miser est *edd.* 623 istaec *Bothius* ista haec *libri* *Senariorum frusta* proinde istaec tua Aufér *e. q. s. praefert CFW Mueller prosod. Plaut.* 386

Digitized by Google

IX (7)

Pró certo arbitrábor sortis óracla adytus aúgura?

X (9)

Qui néque cuiatis ésset, umquam pótuimus
Multa érogitantes sciscere

XI (15)

Stúdiumque iteris réprime.

XII (5)

Nunc tu ín re crepera tuá quid capias cónsili,
Vide.

XIII (4)

. . . remísque nixi próperiter nauem ín fugam
Tránsdunt subter sáxa ad laeuam, quá mons mollibát mare.

XIV (11)

. . . . aere átque ferro féruere,
Insígnibus florére

IX Non. 488, 2 'augura pro auguria.' (Telofo W) X Non. 426, 24 'cuius et cuiatis haec est differentia: cuius ad personam refertur hominis, cuiatis unde significat.' XI Non. 485, 8 'iteris positum pro itineris ... Accius Oenomao ... idem Telefo ...' (Telofo W) XII Non. 13, 22 'crepera res proprie dicitur dubia ... Accius Foenissis ... idem Telefo ...' XIII Non. 155, 8 'properatim et properiter, celeriter, properanter .... Accius Telefo: remisque ... tradunt.' Idem 307, 25 'fuga item dicitur nauigatio. Accius Telefo: remisque ... transeuntur.' Idem 347, 15 'molle, placidum. Accius Telefo: nixi ... mare.' XIV Non. 503, 20 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit, spernere ....'

---

624 adytus (*i. e.* ἀδύτους) *libri, Lachmannus in Lucr. II* 991 aditus *Bergkius Ephem. Marb.* 1850 *p.* 337 augura] *de hoc neutro disseruit Buechelerus annall. philoll.* 1863 *p.* 785: *cf. decl. Lat. p.* 7 626 erogitantes sciscere *Mercerus* ergitantes isciscere *libri* 627 stodiumquae (v suprascr.) *Bamb.* 628 consilii *libri* consili capias *Bothius, ut septenarius fieret.* 629 periter *libri plerique p.* 347 pariter *Basil. ibidem* 630 transdunt *ms. Cuiac. p.* 155 trandunt *Leid. p.* 347 transeuntur *libri p.* 307 traducunt *Basil. p.* 347 tradunt *ceteri libri* trudunt *Scaliger in Aetnam p.* 95 laeuam *Aldina* leua *libri* qua *edd.* quam *libri* 631 aere *Bamb.* rere *ceteri libri* feruere *ed.* 1526 feruet *libri* 632 igni insignibus *libri* inque insignibus *Bothius* flore *W*

XV (14)

Fluctí cruoris uóluerentur Mýsii

TEREVS

I (5)

Atque íd ego semper síc mecum agito et cómparo,
Quo pácto magnam mólem minuam . . .

II (3)

Tereús indomito móre atque animo bárbaro
Conspéxit eam: hinc amóre uecors flámmeo,
Depósitus facinus péssimum ex deméntia
Confíngit.

III (1)

. . o suauem línguae sonitum! o dúlcitas
Conspírantum animae!

IV (4)

Deúm Cadmogena nátum Semela adfáre et famulantér pete.

XV Non. 488, 11 'flucti pro fluctus.' Inserendi fortasse anapaesti inc. inc. fab. XVIII.

Terevs primum acta a. 650, si accurate Cicero Phil. I 15, 36 loquitur; repetita Nonis Iuliis a. 710 ludis Apollinaribus: Cicero ep. ad Atticum XVI 2. 5. 1. 4 (cf. XV 12. 18 Phil. II 13, 31 I 15, 36 X 4, 8). Cf. quaest. scen. p. 326 sq. I Non. 256, 19 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ... Accius Eurysace ... idem in Tereo ...' II Non. 279, 22 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur ...' III Non. 96, 25 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo.' IV Non. 111, 27 'famulanter pro suppliciter.' Idem 463, 24 'adfari non solum respondere uel fabulari, sed etiam rogare positum.'

633 uoluerentur *Leid. Bamb.* uoluerunt *celeri libri* saluo (*uel* uolui *uel* noto) luerentur *olim conieci* Mysii *Buechelerus* mihi *libri* 634 sic mecum *Vossius* mecum sic *libri* mecum si *coni. Buechelerus* 635 magnam molem minuam *edd.* magnam olem nimiam *libri*, *nisi quod* minuam *in Vatic.* 2916 *chart. extat.* *Explet uersum Bothius addito* miseriae 637 eam hinc] in eam *libri* hinc *Buechelerus* flammeo *Iunius in mg.* flammeos *libri* flammeus *uulgo* 640 o *Iunius*, *om. libri* 641 conspirantum *Bothius* conspiratum *W* conspiritum *celeri libri* conspirantis *Delrio* conspirata *olim conieci* cum spirat *Buechelerus* animarum *Bothius* 642 deum Cadmigena natum Semela *Vossius* deum Cadmo generatum semel *libri p.* 463 deum Catmoue natum Semela *libri p.* 111 deum Cadmo generatum Semela *Mercerus* deum Cadmigenam, natum Semela *Delrio* affare et *Bamb.*

Digitized by Google

V (7)

Fámae nam nobílitas late ex stírpe praeclara éuagat.

VI (8)

nóuus nouod auúnculo
'Aduena animo audáci in medium próripit sesé ferox.

VII (6)

'Alia hic sanctitúdo est, aliud nómen et numén Iouis.

VIII (2)

Video égo te, mulier, móre multarum útier,
Vt uím contendas tuam ád maiestatém uiri.

IX (9)

Set nísi clamaris régem, puerum auférre ab regina óccupo.

THEBAÏS Vide p. 214
TROADES Vide p. 197

V Non. 467, 28 'uagas pro uagaris ...' VI Non. 425, 23 'ferus et ferox hanc habent distantiam: ferus est saeuum,' (saeuius Bamb.) 'ferox fortis.' VII Non. 173, 31 'sanctitudo pro sanctitas.' VIII Non. 259, 7 'contendere significat comparare ...' Idem 519, 6 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant ...' IX Non. 355, 11 'occupare est proprie praeuenire ... Accius Eurysace ... idem Pereo ...' (Tereo Iunius) Dubito, num Attio tribuam inc. inc. fab. CXLI

---

p. 463 affare cf *W ibidem* famularent perpetuere *libri p.* 463, *nisi quod* perpeture *Bamb.* 643 famae *Grotius* famam *libri* *Pro particula* nam, *cuius insolitam collocationem in glossario notare atque in dubitationem uocare non neglexeram*, *facile uel* nunc *uel* iam *uel* enim *substituere possis. Et sermonem et sententiam corrupit L. Mueller de re m.* 442 feminam *coniciendo.* famam: nam, *ut famae nomen explicetur*, *Buechelerus* late *Grotius* lata *libri* tirpe *W* preclara *Bamb.* 645 nouod auunculo *conieci* nouo dabunt *libri* nouo habitu *Mercerus* noua dabit *Bothius* nouo de latibulo *coni. Buechelerus* 646 nomen et numen *Aldina* nomen et nomen *libri* nomen ac nomen *Klussmannus in Iahn. et Klotz. Annal.* 1848 *Suppl. p.* 476 647 more *om. Geneu. W p.* 259 mora *W p.* 519 648 uim *libri p.* 519 cum *libri p.* 259, *nisi quod om. Basil.* ad *om. libri p.* 259 uiris *libri p.* 259 649 clamaris *Bothius*, *cui iambicus septenarius debetur: immerito illud repudiauit CFW Mueller l. l.* 25 clamoris *libri plerique* clam *Geneu. Basil.* clamarim *Vossius* auferre ab regina occupo puerum *libri* auferre puerum ab regina occupo *Bothius* *Verborum ordinem in libris traditum olim ita seruabam*, *ut post* nisi *in-*

Digitized by Google

EX INCERTIS FABVLIS

I (Atr. 16)

Múlti iniqui atque ínfideles régno, pauci béniuoli

II (15)

fúlguri praeféruido
'Ardor iniectús Iunonis déxtera ingenti íncidit.

III

653[1] Iouis Dárdanum progénuit, Troum Dárdanus,
Troúsque Assaracum et 'Ilum et Catamitúm [creat],
Capis éx Assaraco . . . .
[Aluménto ex Ilo] sátus qui statuit Pérgamum,
Aluménto Priamum, Cápis autem Ancisem édidit.

Ex Inc. Fab. I Cicero de off. III 21, 84 'possunt enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus, uita insidiarum periculorumque plenissima? Multi' e. q. s. 'inquit Accius. at cui regno? quod a Tantalo et Pelope proditum iure obtinebatur.' Atrei aut Pelopidarum aut conlatis ex Aeschyli Agam. 807 sqq. Clutemestrae reliquiis addenda sunt. II Seruius in Aen. I 42 'de Iunonis fulmine Accius ait ...' Attii Clutemestrae tribuit Bergkius. III Schol. Bernensia ad Verg. ge. I 502 'Accius docet: Iuppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilium Ganymedemque; Capis ex Assaraco satus qui statuit Pergamum, Laomedon Priamum et Anchisem edidit.' Eadem ad uerbum fere schol. Leid. ad l. l. in Suringari hist. crit. schol. II p. 347, nisi quod hic Ilum et qui Pergamum construxit et Anchisen legitur. Incertum est in cuius ex multis fabulis Troicis prologo haec narrata fuerint. Didascalica Attii intellexerat Philippus Wagnerus de Iunio Philargyro part. II p. 9

---

sererem tu *et* occupo *uerbo finirem trochaicum septenarium.*
651 beneuoli *Stuerenburgius* beniuoli sunt *Bern.* c boni sunt *ceteri libri* sunt boni *Lambinus* *Pro interpolatis habet* pauci boni sunt *Vnger* 652 fulguri praeferuido *scripsi* praeferuido fulgore *Seruius* praeferuido Fulgóre *Bergkius Seru. Cass. part. III p.* 19. fulguris *notionem flagitari Buechelerus quoque uidit*, *qui* praeferuidoque fulgure *coniecit* 653 dextera *Buechelerus* dextra *libri* e dextra *scribebam* ardor Iunonis dextra iniectus ingenti *Bergkius* 653[1] *sqq. Senariorum speciem quae uerbis* Capis . . . Pergamum *exhibetur primus agnouit H. Hagen*, *qui in scholiorum Bern. editione* (*annall. philoll. suppl. IV p.* 721) *a me refictos uersus proposuit. Non* Ganymedem *et* Laomedon, *sed* Catamitum *et* Alumento *Attium dixisse monuerat Ritschelius opusc. II* 495. *De singulis praeter ea*, *quae supra protuli*, *testanda haec sunt. Excidisse Laomedontis ex Ilo ortum et illum*, *non Capyn conditorem Pergami dicendum fuisse perspexit Hagenus*, *a*

Digitized by Google

IV (5)

. . cum uirgináli mundo clám patre

V (19)

Videó sepulcra dúo duorum córporum.

VI (20)

Múlier una duúm uirorum

VII (Pelop. 4)

Quinám Tantalidarum ínternecioní modus
Parétur? aut quaenam úmquam ob mortem Mýrtili
Poenís luendis dábitur satias súpplici?

VIII

Hinc cólomen alte géminis aptum córnibus

IV Festus p. 142 M. 'mundus etiam mulieris [ornatus dicitur, quod et hic moueri] potest. Accius: cum' e. q. s. V VI Cicero Orat. 46, 156 'pleneque' (planeque uulgo) 'duorum uirorum iudicium aut trium uirorum capitalium aut decem uirorum stlitibus iudicandis dico numquam. Atqui dixit Accius [V] idemque [VI]. Quid uerum sit, intellego: sed alias ita loquor ut concessum est, ut hoc uel pro deum dico uel pro deorum: alias ut necesse est, cum trium uirum, non uirorum: cum sestertium nummum, non nummorum: quod in his consuetudo uaria non est.' Cf. Verr. V 36, 94 'ut duo sepulchra duorum praetorum inproborum duabus in prouinciis constituerentur.' VII Cicero de nat. deor. III 38, 90 'o miram aequitatem deorum! ferretne ciuitas ulla latorem istius modi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Quinam' e. q. s. Charisius I p. 70 P. 'praepositiuum quis, subiunctiuum qui, quod tamen auctores non obseruauerunt, ut Accius dicens [657] et Vergilius ...' VIII Non. p. 235, 1 'aptum rursum conexum et colligatum significat ... Accius Demer

---

quo eo tantum dissentio, quod mancum uersiculum tertio, non ut ille quarto loco posui. 653 [3] capis *libri* asaraco *Bern. c* 653 [5] Capus autem Anchisem *Ritschelius l. l.* 496 (*cf.* 488), *cum* et Capis Anchisen *minus recte dedissem.* ancissem *Bern. B* Agcisem *Attius scripsit* 655 duo *Viteb.* dua *ceteri libri: cf. Quintilianus I* 5, 15 656 duum uirum *libri* 657 internicioni *Leid. A*, *probat Klotzius* interlectioni *Leid. C m.* 1 658 paret, *corr.*픽araretur *Leid. B* sit *Charisius*, *nisi forte cum L. Muellero ann. philoll.* 1868 *p.* 439 sic et Virgilius *corrigendum est.* 659 satietas *Leid. C Erl.* supplici *Leid. BC* supplicii *Vindob.* supplitii *Leid. A* supplicy *Erl.* 660 hinc *fortasse delendum* (*uide supra*), *aut* in *substituendum* colomen alte geminis *scripsi*, *Parnassum intellegens.* colomenale geminis *libri plerique* colomen alageminis *Geneu.* colomena lece minis *ms. Iunii* colis menemi lece *mss. Barthii* columen alae geminis *Turnebus Adu. XXIX* 20 aether in quo lumen alte g. a. c. (*luna scil.*) *Buechelerus*

Digitized by Google

IX (Troad. 2)

Nám neque pretio néque amicitia néque ui impelli néque
prece
Quítus sum.

XI (32)

An haéc iam obliti súnt Phryges?

XII (14)

. . . non cálida latice laútus . . . . .

XIII (18)

Achilles

Immo enim uero córpus Priamo réddidi, Hectorem ábstuli.

XIV (9)

Iam hanc úrbem ferro uástam faciet Péleus.

XV (13)

quadrurbem

hinc' e. q. s. (Accius Demetrio Aldina. Coniciebam olim Accius Decio, sed nunc Kiesslingius Accius . . . idem Erigona, ualde quidem probabiliter.) IX Diomedes p. 380 P. 'Attius' (actius Par. B)' quitus sum ponit pro quiui hoc modo [IX]. Idem alibi eodem modo: unde omnia perdisci ac percipi queuntur.' Qui sunt Sotadei ex Didascalicis, immerito olim tragoediae reliquiis inserti (inc. fab. X): cf. Lachmannus de Sotad. p. 7. Illa Epinausimachae tribui possunt, item fr. XI. XII. XIII XI Rufinus de metris Terent. p. 2707 P. (379 G.) 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec' e. q. s.

XII Priscianus V p. 658 P. 'sciendum tamen quod uetustissimi in multis, ut diximus, supra dictarum terminationum inueniuntur confudisse genera . . . hic et haec . . . latex Accius: non' e. q. s. (actius Halb.) XIII Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'melius Accius et aliquando sapiens Achilles: immo' e. q. s. XIV Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius: iam' e. q. s. Paulus p. 373 M. 'uastum pro magnum' e. q. s. 'Accius: hanc . . . faciet.' Ariolando suspicari possis haec in Hellenibus inserta fuisse. XV Festus p. 258 M. 'quadrurbem Athenas Accius appellauit, quod scilicet ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone Eleusine Piraeo Sunio.' Paulus p. 259 M. 'quatrurbem Athenas Accius appellat, quod ex quatuor urbibus in unam illam ciuitatem se homines contulere.'

---

661 nam, *om.* neque, *Par. AB Monac.* impelli *Par. B m.* 2 impellit *Par. A B m.* 1 inpellit *Monac.* 667 Hectora *Nieberdingius de Iliade ab L. Attiio in dramata conuersa p.* 17: *cf. inc. fab. XXXVI* 668 *L. Muellero obtemperaui, qui de re m.* 269 *trisyllabam* Peleus *nominis mensuram admisit; olim initio mancum octonarium trochaicum notaui.*

Digitized by Google

XVI (31)

. . . . quórum genitor fértur esse ops géntibus

XVII (17)

. . in monte Oetaéo illatae lámpades

* * *

. . . . . ín domum aeternám patris

XIX (29)

Scindéns dolore idéntidem intonsám comam

XX (26)

Iamque Aúroram rutiláre procul
Cerno

XXI (16)

Vnde éstis, nautae, huc híeme delati? . . .

XXII (3)

Peruáde polum, splendída mundi

XVI Priscianus VII p. 752 P. 'uetustissimi tamen etiam hic et haec et hoc ops et cops pro opulentus et copiosus proferebant. Accius de Hercule dicens: quorum' e. q. s. 'pro: opem ferens et auxilium gentibus. sic Caper.' (actius Halb. bercule Grut. bertule Sang.) Ad Heraclidas hoc et sequens fr., item XV rettuli.

XVII Cicero de nat. deor. III 16, 41 'quomodo nunc quidem est, non uideo, quo pacto ille, cui in monte Oetaeo inlatae lampades fuerunt, ut ait Accius, in domum aeternam patris ex illo ardore peruenerit.' (accius Leid. AB aceius Leid. C accutius Vindob. m. 1 actius Vindob. m. 2 attius Erl.) XIX Cicero Tusc. disp. III 26, 62 'ex hac opinione sunt illa uaria et detestabilia genera lugendi ... hinc ille Agamemno Homericus et idem Accianus: scindens' e. q. s. Conlato Homeri ex Iliade X u. 15 *πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας* Duentzerus Nyctegresiae restituit. XX Varro de l. L. VII 83 M. 'apud Accium: iamque' e. q. s. 'aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aër aurescat. Quod addit rutilare, est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde etiam mulieres ualde rufae rutilae dictae.' Comparauit Vaterus chori in Rheso u. 535: *ἀὼς δὴ πέλας ἀὼς Γίγνεται κ. τ. λ.* XXI Seruius in Aen. I 122 'hiems duas res significat, aut tempus aut uim uenti, per quam oritur tempestas ...' Apte compares ex Sophoclis Philocteta u. 220 *τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ Κατέσχετ' οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην;* XXII Varro de l. L. VII 14 M. 'quod est apud Accium:

---

669 esse fertur *Karolir.* obs *Reg.* 670 moetaeo *Leid. A Erl. Pal. Vindob.* metaeo *Leid. B* 671 aetheriam *Fritzschius in Aristoph. Ran. p.* 62: *sed errauisse se cum in Turicensi editione testaretur Leid. A illam scripturam exhibere Baiterus in Lipsiensi adnotauit*

Digitized by Google

Sidéra binis contínuis sex
Pictí spoliis.

XXIII (30)

. múlta inuenta expértaque ex hoc súnt bona.

XXIV (6)

Repúdio eiecta ab 'Argis iam dudum éxsulo.

XXV (2)

Nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
Quod nón labascat língua, mitiscát malo.

XXVI (1)

Néque ui tanta quísquam est neque tam abúndans fortunís, ferox

XXVII (Paris)

Pars fréna tensae atque óri equorum accómmodant.

peruade' e. q. s. 'polus Graecum, id significat circum caeli; quare quod est peruade polum, ualet: uade περὶ πόλον. Signa dicuntur eadem et sidera: signa quod aliquid significent, ut libra aequinoctium; sidera quasi' (quae si libri plerique quae Par. b) 'insidunt.' Prometheum haec canere potuisse monui, et de eodem ualet sequens fr. XXIII Priscianus VIII p. 793 P. 'experta passiue.' XXIV Festus p. 281 M. 'repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam.' Ad Ionis fabulam rettuli. XXV Non. 473, 6 'labascor pro labor.' Posse de Prometheo intellegi monui. XXVI Non. 305, 6 'ferox sum illa re dicitur ut: illa re sum fretus uel arrogans ...' XXVII Non. 206, 12 'frenos ... neutro ... Accius ...'

---

679 binis *Bothius* bigis *libri* 679 *sq.* continuis sex Picti spoliis *scripsi* continui se cepit spoliis *Flor. Haun.* contini se cepit spoliis *Goth.* continui se coepit spoliis *Par. a* continuis spoliis se cepit *Par. b* continuis sex apti signis *Scaliger* continuis sex apti spoliis *Bothius* continuis sex Addita signis *O. Muellerus* cont. s. saepti sp. *olim edideram. Cf. Varronis sat. p.* 118 *R. in Probi ad Verg. ecl. VI* 31 *p.* 18, 5 *K. commentario:* limbus pictus bis sex signis stellumicantibus; *Seneca in Thyeste u.* 836: et uaga picti sidera mundi. 681 *Praeire* quam *uel* nam *uel* mihi *poterat* inuenta multa *Bothius* inuentaque *Karolir.* 683 nullum *Leid. Bamb.* non nullum *ceteri libri* non ullum *ed. pr.*, *Rothius* tam asprum *L. Mueller ann. philoll.* 1867 *p.* 494. *Melius erit* tam altum, *si quid mutari uoles.* 684 labascat *Scriuerius* labescat *Bamb.* labascatur *ceteri libri* 686 pars *Mercerus* pari *libri plerique* pary *W* tensae atque ori *scripsi* tesauri *libri*, *sed* h *suprascr. Leid.* tersa ori *Mercerus* texta auro ori *Bothius* acconmodant *libri*

Digitized by Google

XXVIII (4)

. . . . mýstica ad dextrám uada
Praéteruecti

XXIX (Trachin. 2)

. . . . . récte perfectís sacris
Volt áccipi.

XXX (11)

multís nomen
Vestrúm numenque ciéndo

XXXI (10)

Cítius Orión pallescit . . . .

XXXII (25)

fállaciloquae málitiae

XXXIII (8)

[Si] ríte ad pa[triam sóspes rediis]sét [suam]

XXVIII Varro de l. L. VII 19 M. 'Acci' (sic Flor. 'Accius' uulg.) 'mystica' e. q. s. 'mystica a mysteriis, quae ibi in propinquis locis nobilia fiunt.' Possunt haec in Philocteta locum habuisse. XXIX Varro de l. L. VII 88 M. 'quod enim fit rite, id ratum ac rectum est; ab eo Accius . . .' XXX Varro de l. L. VII 85 M. 'apud Accium: multis' e. q. s. 'numen dicunt esse imperium.' XXXI Varro de l. L. VII 50 M. 'iugula signum quod Accius appellat Oriona, cum ait: c. O. p.' Inde glossam ex onomastico Labbaei: 'iugula, ἄστρον ὠρίωνος, ὡράτιος ὥς φησι' Scaliger Cast. ad Festum p. LXX ita correxit: '— ὁ ἄττιος ὥς φησι,' temere uituperatus a Iosepho Kleinio mus. Rhen. XXIV 292. XXXII Cicero de fin. IV 25, 68 'ex ea difficultate illae fallaciloquae, ut ait Accius, malitiae natae sunt.' (actius Pal. B Erl. attius ceteri) Non. p. 113, 14 'fallaciloquentiae. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. IIII: quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. ex ea difficultate illae fallaciloquentiae.' XXXIII Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum, sic] Afranius — — — Acc[ius . . . .]rite

---

687 mistica *Flor.* 688 praeteruecti] per uada uecti *cod. B., ed. pr., unde Hermannus Opusc. III* 129 *uel* mystica Dextrá praeter uada uécti, *uel* Mystíca dextra per náda uecti 691 *sq. Anapaestos agnouit Scaliger* 692 numeri *Flor.* 693 pallescit *Buechelerus* patescit *Haun.* patefit *Flor. cum celeris libris* 694 fallaciloquae *Manutius* fallaciloquelae *Crat. Mor.* fallaci loquele *Pal. B* fallaciloquentiae *Nonius. Falsum memoria Ciceronem significare inc. inc. fab.* 114 *probabilis Maduici suspicio est.* 695 si rite ad patriam sospes peruenisset *Vrsinus* si rite ad patriam rediisset *Bothius*·

XXXIV (7)

resíduos, somn[o déditos]

XXXV

. cúm illud obluió lauet, qui incídit inuidéndum

XXXVI

Hectora

XXXVII

terimen

XXXVIII

inimicitiam

XXXIX

aluus (*masculine*)

XL

pristices

ad pa .... set. Ennius' e. q. s. (cf. H. Keilius l. l. p. 624) Suppleuit Vrsinus XXXIV Festus p. 281 M. '[reses et residuus dicitur ignauus, quia] residet. Accius .... residuos, summ[................ Afranius] in Rosa' e. q. s. (cf. H. Keilius l. l. p. 624) XXXV Varro de l. L. VI 80 M. 'uideo a ui ... hinc uisenda, uigilant, uigilium, inuident et Atti: cum' e. q. s. 'a quo etiam uiolauit uirginem pro uitiauit dicebant.' (Atti: cum Lachmannus Mus. Rhen. III p. 611 atticum Flor. acticum Par. b aetati quom ceteri libri, nisi quod cum Goth. Attianum Nunnesius ad Phryn. p. 70 Lob. anticum Victorius inuident et uitium illi obtulit, uiolauit, quod incidit in uidendum Scaliger Coni. p. 60) Omnino dubium haec num ad Attium pertineant. XXXVI Varro de l. L. X 70 M. 'Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine mouere coepit et ad formas Graecas uerborum magis reuocare, a quo Valerius ait: Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.' XXXVII Varro de l. L. V 21 M. 'terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur ... hinc fines agrorum termini, quod eae partis propter limitare iter maxime teruntur: itaque hoc cum I in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus, sed terimen.' Emendauit L. Spengelius in comm. de Varronianorum librorum de l. l. emendatione (act. academ. Monac. VII 2 anni 1854) p. 37 sq. hoccum is in Latio et termen Flor. cf. Lachmannus mus. Rhen. III 611. XXXVIII Charisius I p. 75 P. 'inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent, sed Sallustius de insidiis prima inquit, et Accius inimicitiam dicit.' XXXIX Charisius I p. 61 P. 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus ... et Heluius Cinna ... et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebrauit.' XL Salmasius in Flor. III 5

---

696 somno deditos *Vrsinus*, *Scaliger* summ *ante lacunam cod.*
697 *Eis, quae posuimus, librorum scripturam expressit Lachmannus Mus. Rhen. III p.* 611 obliuio *formam (sic enim legitur) a nominatiuo* obliuium *siue* obluuium *deducens et* inuidendum *interpretans* pudendum, *ut cultrum uel saxum intellexisse uideatur, quo quis ueretrum inciderit*, *ablutum aqua. Pro illo* obliuio *melius* obluio *scripsisset. Ceterum*

XLI

(hic) Iouis

XLII

status

XLIII

aruiga

POMPILIVS

Heu quá me causa, Fórtuna, infesté premis?

C. IVLIVS CAESAR STRABO

ADRASTVS

Cum cápita uiridi laúro uelare ímperant
Prophétae sancti, cásta qui puránt sacra.

'nostrae glossae: pristrix bellua maris. Actius prisfices dixit.' Cf. Ritschelii opusc. II 460 sqq. XLI Excerpta ex anon. gramm. in A. Mai auct. class. V 151 'legimus in Capro hic Iouis. etiam Naeuius Attius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.' XLII Non. 226, 24 'statura generis feminini. Lucilius lib. XXVIII: quare pro facie, pro statura Acciu' status.' Cf. Ritschelius de fictilibus litteratis (a. 1853) p. 11. XLIII Varro de l. L. V 98 M. 'aries, quod eum dicebant ἀρήν ueteres, nostri aruiga, hinc aruignus. Haec sunt quarum in sacrificiis exta in olla, non in ueru cocuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris uidemus.' (Ateius Osannus Anal. crit. p. 66)

Non praetereunda Vrbinatis n. 308 in Nonio p. 231, 14 scriptura: 'uepres ... feminino accius porto peripetoris male cedo' e. q. s. Vide Pompon. Bonon. u. 130. Fortasse ante Pomponii locum Attiana uerba laudata fuerant.

Pompilivs Varro de l. l. VII 93 'apud Plautum euax ... ut apud Ennium hehae ... apud Ennium eheu ... apud Pompilium heu' e. q. s. Tragicum poetam esse euincit epigramma in Varronis satura ὄνος λύρας insertum (fr. XXII p. 183 R.)

Pacui discipulus dicor, porro is fuit Enni,
Enniu' Musarum: Pompilius clueor

(ubi Pompolius Nonii p. 87, 32 W m. pr.). Et eiusdem uideri esse ἐπιγραμμάτιον quod Varronis de l. l. VII 28 codices Papinio, Prisciani p. 602 P. Pomponio (nisi quod pompnius extat in Paris. P) tribuunt, nunc adsentior Bergkio diurn. antiq. 1851 p. 231 et M. Hertzio. Olim et hoc et uersiculum nostrum Pomponio ascripseram.

Ivlii (cf. Asconius in Ciceronis Scaurianam p. 24 Or.) Adrastvs Festus p. 229 M. 'prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes: cum capita' e. q. s.

---

septenarius iambicus in tragoedia ualde suspectus. oculis uiolauit qui uidit inuidendum *O. Muellerus*

IVLIVS 2 sancta ita caste *cod. in quibus* sancti *latere monuit Kiesslingius.* sancte casta *Bergkius Ephem. Hal.* 1842 *p.* 238 sancta caste *Delrio* sancta ibi caste *O. Muellerus. An* casta caste? curant *Bergkius, fortasse recte*

Digitized by Google

TEVTHRAS

Flámmeam per aéthram late féruidam ferrí facem

TECMESA

Marius Victorinus I p. 2456 P. (8 G.) 'iuxta autem non ponebant cm: inde nec Alcmenam dicebant nec Tecmesam, sed Alcumenam [et Tecumesam]; inde Alcumeo et Alcumena [et Tecumesa] tragoediae; donec Iulius Caesar, qui et Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus de Tecmesa scripsit tragoediam suam et in scaena pronuntiari iussit.'

SANTRA

NVPTIAE BACCHI

I

ita oppletúm sono
Furénter omni a párte bacchatúr nemus.

II

. . . ex templo éxcita euadít pia
Genetríx et omnis uócis expergít sono.

Tevthras Macrobius Sat. VI 4, 19 'et quod dixit: nec lucidus aethra Siderea polus, Ennius prior dixerat .... et Iulius in Teuthrante ...' (Iulius edd. illius Salisb. ilius ceteri libri teutrante Par.)

Tecmesa Emendatum a Ritschelio maxime (opusc. II 475) exhibui locum, a quo inde pro deinde, supplementum et Tecumessam. Porro Alcumaeon et Alcumena exemplaria, nisi quod alcumeneo Par.; Alcumaeo (uel de Alcumaeone) et Tecumessa Ritschelius. Sequentia eodem fere modo ut hic olim tacitus edideram: Iulius Caesar qui Vopiscus, et Strabo, qui et Sesquiculus dictus est uulgo legitur.

Santrae Nvptiae Bacchi I Non. 78, 28 'nam et quidquid uehementius conmouetur, bacchari uoluerunt. Santra Nuptiis Bacchi ...' (nuptiis Vrbin. 307 nuntiis ceteri libri Bacchis libri: an Baccheis uel Bacchicis?) II Non. 104, 17 'expergo (expargo

---

3 late *Scriuerius* alte *libri* per aethera alte *Scriuerius: saltem* aetheram *scripsisset*

SANTRA 1 oppletum *Gulielmus in Cistell. cap.* 4 obsoletum *libri* 2 ferenter *Leid.* omni a] ab omni *libri* furente ab omni *Buechelerus* nemus *Aldina* nemes *libri* (mens al nemes *Vrbin.*) 3 exemplo *W* excit *libri* exit *Aldina* pia *Gulielmus, quod interim recepi, quia melius non suppetit.* qua *libri* tua *Mercerus* quies *olim conieceram: an* quia? 4 expargit *Vrbin.*

Digitized by Google

L. VARIVS RVFVS

THVESTA

Atreus

iám fero infandíssima,
Iam fácere cogor.

EX INCERTIS FABVLIS

I (2)

primum huic
Neruís septem est inténta fides
Variíque apti uocúm moduli
*
Ad quós mundi resonát canor in
Vestígia se sua uóluentis.

II (1)

et fróndosam
Semíputatam queritúr uitem.

Vrbin. 307) pro expergefacio . . . Santra Nuntiis Bacchis . . .' (Satra W)

Varii Thvesta. Schol. Paris. editum primum a Iulio Quicerato (bibliothèque de l'école des chartes. Par. 1839. I p. 52), diligentius descriptum a Th. Mommseno ephem. Marburg. 1845 p. 84: 'Incipit Thvesta' (Thvestes Quiceratus) 'Varii. Lucius Varius cognomento Rufus Thyesten tragoediam' e. q. s. Vide quaestt. scaen. meas olim adnexas p. 347. Acta est a. 725 ludis triumphalibus Sextili mense. Quintilianus III 8, 45 'neque enim quisquam est tam malus ut uideri nelit. sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem scelestissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere: sic Atreus apud Varium iam fero, inquit, infandissima' e. q. s. (atreus in ras. minoris spatii Ambros.)

Ex Inc. Fab. I Marius Victorinus I p. 2503 P. (79 G.) 'concentum mundi cursumque imitans chorus canebat . . . de qua re Varius sic tradidit . . .' II Philargyrius in Verg. Ecl. 2, 70 'frondosa uitis est, de qua si quis biberit, insanit. sic Varus et frondosam, inquit' e. q. s. (Varius Weichertus de L. Vario p. 102 cf. Bergkius de fragm. Soph. p. 13)

VARIVS 1 iam uero *Guelf.* 5 apti *Schneidewinus Nunt. lit. Gotting.* 1839 *p.* 685 *Mus. Rhen. I p.* 112 addita *Reg.* additi *ceteri libri* dati *Bothius* moduli *Bothius* modi *libri. Propter hiatum post hunc u. lacunam statui, in qua motus chori memorari poterant:* uariique modi uocum . . *uel* uariique apti uocum cantus *Buechelerus* 6 canor *Reg.* tenor *ceteri libri* 6 *sq.* sua se uoluentis in uestigia *libri, correxit Buechelerus.* in Sua se uestigia uoluentis *Schneidewinus*

Digitized by Google

GRACCHVS

ATALANTA

O gráta cardo, régium egressum índicans!

PELIADES

Sonat ínpulsu regía cardo.

THYESTES

Mersít sequentis úmidum plantás humum.

EX INCERTA FABVLA

Púrpuram et diadéma

P. OVIDIVS NASO

MEDEA

I (1)

Medea

Seruáre potui: pérdere an possím, rogas?

II (2)

Feror húc illuc, ut pléna deo.

Gracchi Atalanta Priscianus VI p. 683 P. 'hic cardo, cardinis. quidam tamen ueterum etiam feminino genere hoc protulerunt. Gracchus in Atalanta ...' (Gracchus Veneta 1 graccus Reg. Bamb. Halb. Grut. grachus Amien. Bern. Sang. gracus Karolir. atalenta Reg. Bern. athlanta Sang. Grut. atalanto Bamb. Karolir.) Peliades Non. 202, 20 'cardo ... feminino Graius in Peliadibus ...' (Caius Vrbin. 307 Gracchus Langius Vind. p. 10) Thyestes Priscianus VI p. 719 P. 'humus humi. hoc etiam neutrum in um desinens inuenitur apud ueteres ... Laeuius in Adone: humum humidum pedibus fodit. Gracchus in Thyeste: mersit' e. q. s. (pedibus ... umidum om. Reg. a m. pr. graccus Reg. m. alt. grac^cus Halb. grachus fr. Amienense gratus Bamb. Bern. Grut. Sang. Carolir. thieste mersit Reg. tithes temer sit Grut. tithestener. sit Sang. thithes temersit Karolir.) Ex Inc. Fab. Grammaticus inc. de dubiis nominibus in Keilii gramm. Latt. uol. V p. 577 (p. 77 Haupt.) 'diadema generis neutri, ut Gracchus ...' (Gracus libri). Vtrum poeta an orator sit incertum.

Ovidii Medea Legisse hanc fabulam etiam qui 'epistulam Valerii ad Rufinum ne uxorem ducat' conscripsit (Hieron. opp. uol. XI) adnotauit L. Mueller annall. philoll. 1867 p. 496. I Quintilianus VIII 5, 6 (de figuris sententiarum) 'et translatione a communi ad proprium. nam cum sit rectum: nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidium Medea dicit ...' II Seneca Suasor. 3 p. 21, 30 B. 'hoc

---

GRACCHVS 2 inpulsu *Delrio* inpulsa *libri* 3 humidumdum *Reg. et Halb. m.* 1 *Carolir.* humidum *ceteri* plantas *Bentleius in Hor. a. p.* 260 plantis *libri* 4 purpuram *M. Hauptius* purpura *libri*

OVIDIVS 1 possis *Monac.* 2 ueplena *Antwerp.* ueplane *Bruxell. Latetne* uolo plena?

Digitized by Google

P. POMPONIVS SECVNDVS

ATREVS

nunc te óbsecro,
Stírpem ut euoluás meorum [mé]que notificés mihi.

EX INCERTIS FABVLIS

I (1—3)

Chorus

Rhoéteis. procul á terris
* * *
Priamíque aras damnáte pias
* * *
'Obrue nos Danaósque simul.

II (4)

Chorus

Péndeat ex umerís dulcis chelys
'Et numeros edát uarios, quibus

autem' (plena deo) 'dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse: itaque fecisse illum quod in multis aliis uersibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam imitandi' ('mutuandi' Kiesslingius), 'hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragoedia eius: feror' c. q. s.

Pomponivs. Aeneam inter praetextas, Armorum iudicium inter Bononiensis Atellanas reposui.

Atrevs Non. 144, 24 'notificem, nota faciam.' Singulare apud Nonium de tragico poeta Pomponio testimonium esse, cum ceteris locis omnibus Atellanarum scriptor laudetur, non fugit Bernh. Schmidtium mus. Rhen. XVI 596; et posse Atreum quoque Atellanam fuisse monuit M. Hertzius 'de Scaeuo Memore poeta tragico' 1869 p. 4: a quo tamen genere color huius frustuli uidetur alienus esse.

Ex Inc. Fab. I Terentianus 1965 sqq. 'inserit haec aeque Pomponius in choricis sic [5], mox dispare uersu Subiecto [6] tunc [7] parilem dedit illi.' Marius Victorinus p. 2577 P. (177 G.) 'nec minus hepthemimeres tome subdito sibi uersu trimetro catalectico ... aptum tragicis choris metrum praestabit. uelut: multa quoque et bello passus, dehinc: fato profugus Lauinaque uenit. item [7] aras Priami damnate pias tunc. quo genere metri et Euripides in Oreste et Pomponius' (pontiponius Par.) 'noster in suis usi noscuntur.' II Teren-

---

POMPONIVS 4 meorum meque *scripsi, idemque Buechelero placuit.* meorumque *libri* meorum genus *Scriuerius* meorum quaeque *Bothius* genusque meorum *idem in com. poet. fr. p* 105 meorum et quaeque *uel potius* meorum iamque *B. Schmidtius mus. Rhen. XVI* 597 meorum cumque *M. Hertzius l. l.* 6 damnate *Camerarius* damnato *Victorini Par.* damnare *Terentianus* 8 humeris *ed. Mediol., ut uidetur*

Digitized by Google

'Adsonet omne uiréns late nemus,
'Et tortis erráns qui flexibus

III

omnes

SCAEVVS MEMOR

Scindímus atras ueterí planctu,
Cisséi, genas.

tianus 2135 sqq. 'in tragicis iunxere choris hunc saepe diserti Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus. Tale dedit nobis Pomponius [8—11]. Reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro: Rursus de mutilo redit integer: [8] apta choreis, [9] ecce propinquum [10] aruaque iuxta [11] effugit amnis.' Marius Victorinus p. 2564 P. (158 G.) 'hi tetrametri tragicis choris a plerisque miscentur, et continuati nonnumquam choros explicant, ut apud Pomponium reperimus [8—10]. his quoque si ad extimum adicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies hoc modo [8] apta choreis' e. q. s. Augustinus de musica IV 31 'alia' (sc. metra) 'nec tota immobilia nec tota mobilia, ut est [8—11]. Vides hic enim ubique et spondeos et dactylos poni posse praeter ultimum pedem, quem metri auctor semper esse dactylum uoluit.' III Charisius I p. 111 P. 'monteis; licet Pomponius Secundus poeta, ut refert Plinius, propter homonymum nominatiui accusatiuo casu omneis' ('om̄s (with e written above) cod. omnes uulgo) 'non putet dici, sed omnes:' (omneis cod.) 'tamen idem Plinius in eodem permanet dicens, omnes tunc demum posse dici accusatiuo, ut canes, quando genetiuus pluralis ut' (om. cod., addidi) 'horum canum ante um i non habet.' Cf. quae p. 104 ad 'fonteis' formam disseruntur, nam Buechelero decl. Lat. p. 27 non adsentior.

Scaevvs Sergii explan. in Donatum apud Keilium (gramm. Latt.) uol. IV p. 537 'patronomica feminini generis in is exeunt, ut Atreis Cisseis Dardanis. filia Atrei Atreis dicitur, filia [Cissei] Cisseis, id est Hecuba, Cissei filia, Priami regis uxor. Vergilius . . . Scaeuus in tragoedia: scindimus . . . genas, id est Hecuba' (haecaue Lauant.) 'filia Cissei.' (scaeüus Lauant. Pacuuium Keilius intellexerat propter adnotationem Seruii ad Verg. Aen. VII 320 'regina Hecuba secundum Euripidem filia Cissei, quem Ennius Pacuuius et Vergilius sequuntur;' at rectius Scaeuum Memorem, de quo ipse cogitabam, M. Hertzius agnouit ('de Scaeuo Memore poeta tragico p. 7 sq.): nam a Suei poesi, quam nuper L. Mueller mus. Rhen. XXIV 553 sqq. adumbrauit, haec aliena uidentur. Idem in annall. philoll. 1866 p. 568 recte adnotauit Troades captiuas canere: cf. Eurip. Hecuba 905 sqq. Senecae Troades 1235 sq.

SCAEVVS. *Anapaestos esse concedendum uidetur L. Muellero l. l., pro iambis ipse habueram.* aspras *L. Mueller* albas *Leutschius in indice suo philol.* 1869 *p.* 124 atras *puluere infuso, luctu et inluuie diuturna squalidas feremus, et defendit M. Hertzius quoque.* atratas *olim conieceram.* planctus, *corr. ex* palanctus *Lauant.* Cissei *L. Mueller* chisseis *Lauant.* Cisseis *Keilius* Cisseis Hecabe *poetam scripsisse opinatur Leutschius l. l.*

Digitized by Google

INCERTORVM POETARVM FABVLAE

LAOMEDON

I[a]

Memória uoluenda átque fama

NELEI CARMEN

I

En úmquam numero mátri faciemús uolup?

II

Foedé stupreque cástigor cotídie.

III

Toppér fortunae cómmutantur hóminibus.

IV

[strigo]nes exerciti

V

† saucia puer filia sumam

Incerti Poetae Laomedon. Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 81 ex collatione Arnoldi Herrmanni (in progr. gymn. Donaueschingiani a. 1869 edita) '— us in Laomedonte memora ... fama — et Pacuuius in Teucro' e. q. s. De Ennio ariolando cogitari posse monuit Buechelerus mus. Rhen. XIX 640.

Nelei Carmen. Posse intellegi tragoediam demonstraui in quaest. scen. p. 347 sq., sed idem non diffiteor admodum dubiam rem esse. I Festus p. 170 M. 'nume[ro — — —] item in Nelei: numquam' e. q. s. 'id est, numquam nimium faciemus. apud Naeuium' e. q. s. II Festus p. 317 M. 'stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine: foede' e. q. s. 'et in Appi sententiis — Naeuius —' Paulus p. 316 M. 'stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt, unde est in carmine: foede' e. q. s. III Festus p. 352 M. 'topper significare ait Artorius cito fortasse celeriter temere; cito, sic in Nelei carmine: topper' e. q. s. 'sic Naeuius — Accius — Ennius — Pacuuius — in Odyssia uetere —' IV Festus p. 314 M. 'strigores in Ne[lei carmine pro st]rigosis positum [inuenitur, id est densa]rum uirium ho[minibus: strigo]res exerciti.' Suppleuit et correxit (uirium ha cod.) Vrsinus, nisi quod strigores ut carminis uerba O. Muellerus, alias res Vrsinus, strigones Turnebus Aduers. XIV 1 cf. Hermannus praef. in Plauti Bacch. p. VII V Charisius I p. 64 P. 'puer et in feminino sexu antiqui dicebant ...

LAOMEDON memoria *temptauit Buechelerus* memora *cod.* adque *cod.* at quae *nescio cur in textu posuerit Herrmannus.*

NELEI CARMEN 1 enumquam *Fleckeisenus in Ritschelii opusc. II* 451 numquam *cod.* numquamne *Hermannus Elem. d. m. p.* 639 nam numquam *conieceram* uolup *Vrsinus* uolui *cod.* 2 stupreque *Paulus* stupraeque *cod. Festi* cottidie *Pauli Guelf.* quottidie *ceteri Pauli codices* 4 strigones *Turnebus Aduers. XIV* 1 strigores *O. Muellerus* 5 ea quae petisso saucia *Lindemannus assumptis quae in*

Digitized by Google

PENTHESILEA

VI

Fórmidabant óbiurare

EQVVS TROIANVS

VII (Liu. Eq. Tr. 2)

sero sapiunt Phryges.

VIII

Sí sciens fallo

CHORVS PROSERPINAE

inlicis

ut in Odyssia uetere, quod est antiquissimum carmen: mea puer, quid uerbi ex tuo ore audio? et in Nelei carmine eaque prisco saucia puer filia sumam, ubi tamen Varro cum A puera putat dictum, sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra.' (nelei Neap. Menelai Merulae 'uetus cod.' in Enn. p. 53 carmine eaque prisco cod. carmine eoque prisco Putschius, probauit Hermannus Elem. d. m. p. 639. carmine eo quoque prisco ego conieceram. c. aeque prisco H. Keilius recte, ut uid.)

Penthesilea Festus p. 189 M. 'obiurare [iure iurando obstringere, ut est in] Penthesilea: f. o.' (cf. Bergkius Ephem. Hal. 1842 p. 219) Ad Ennium refert idem Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XVI

Eqvvs Troianvs. Dubitari potest num eadem fabula fuerit ac Deiphobus Attii. Festus p. 343 M. 'sero sapiunt Phryges prouerbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno uelle coeperant Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achiuis.' Cicero ad fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt.' VIII Cicero ad fam. VII 1, 2 'omnino, si quaeris, ludi' (a. 699) 'adparatissimi, sed non tui stomachi; coniecturam enim facio de meo. nam primum honoris causa in scaenam redierant ei, quos ego honoris causa de scaena decesse arbitrabar. deliciae uero tuae, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnis homines liceret. is iurare cum coepisset, uox eum defecit in illo loco: si sciens fallo. quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos, qui ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi: adparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem adparatu non dubito quin animo aequissimo carueris. quid enim delectationis habent sescenti muli in Clytaemestra?' (sic cod.) 'aut in Equo Troiano creterrarum tria milia? aut armatura uaria peditatus et equitatus in aliqua pugna?'

Chorvs Proserpinae Varro de l. L. VI 94 'non est dubium quin hoc

---

codice antecedunt. puer *cod., Aelius Stilo et Asinius cf. Lachmannus in Lucr. II* 991 puera *Varro, Lindemannus* Summani *Hermannus l. l.* Salmonei *O. Muellerus in Festum p.* 388 sancta puer Saturni filia regina *Liuii Andronici Saturnium agnoscere sibi uisus est Duentzerus, de quo dixi in annall. philoll. LXXVII p.* 211. *Nec numeros nec uerba tangere audeo, sed uidetur* sancta p. f. Saturni *uerum esse, quod iambis sic fere:* sancta filia, | Puér Saturni *comprehendas* 8 séro sapiunt núnc Phryges *poetam dedisse puto*

Digitized by Google

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

I (21)

Aenéa! — Quis enim est, quí meum nomen núncupat?

II (Att. Melan. 13)

Festus p. 229 M. '[pro] — — alias pro a[dmiratione, ut pro Iuppiter] . . . . in Melani . . . . mani oniu . . . . Plautus in Condalio' e. q. s. Vncis inclusa Paulus suppeditauit: cetera incertissima. Vrsinus haec: Accius in Menalippo: manu omnium.

III (Att. Neopt. 13)

. . atque ego rep[úlso ratibus meís mare].

IV (Att. inc. fab. 12)

Sed iám pro[scindunt rátibus sulcan]tés salum.

V (3)

. máter grauida párere se ardentém facem
Visa ést in somnis Hécuba: quo fató pater

inlicium sit, quom circum muros itur, ut populus inliciatur ad magistratus conspectum .... quare una origine inlici et inlicis, quod in choro Proserpinae est, et pellexit.' Ad tragoediam rettulit post Bothium O. Iahnius Herm. II 228, quamquam probabilius uidetur hymnus in sacros usus compositus intellegi.

Ex Inc. Inc. Fab. I Varro de l. L. VI 60 M. 'nuncupare nominare ualere apparet in legibus ... item in choro, in quo est: Aenea' e. q. s. 'item in Medio: quis tu es mulier' e. q. s. (coro Haun. choro ceteri libri: deficit Laur. 51, 10. Fortasse: Hectore uel Equo Troiano.) III IV Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agan[tur, quo quidem uocabulo] interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula — — item [eodem nomine signi]ficarunt etiam re[mos. Attius in Neopto]lemo: atque ego rep................... et alio loco: sed iam pro .... tes salum.' Supplementa sunt Scaligeri et Vrsini V Cicero de diu. I 21, 42 'haec, etiam si ficta sunt a poeta' (sc. Ennio), 'non absunt tamen a consuetudine somniorum. Sit sane etiam

---

EX INC. INC. FAB. 1 enim *Haun.*, *om. celeri* is *Grotius Bibl. crit. nou. IV* , 3 repercutio ratibus mare *Scaliger* 4 *Supplementa dedi Buecheleri.* propellunt caeruleum rates salum *Scaliger* rates propellunt c. s. *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 8 5 se *om. Leid. H* ex se *Buechelerus*, *fort. recte* 6 fato, *ut conieceram*, *etiam Heinsius* facto *libri*

Digitized by Google

Rex ípse Priamus sómnio, mentís metu
Percúlsus, curis súmptus suspirántibus,
Ecsácrificabat hóstiis balántibus.
Tum cóniecturam póstulat pacém petens,
Vt se édoceret óbsecrans Apóllinem,
Quo sése uertant tántae sortes sómnium.
Ibi éx oraclo uóce diuina édidit
Apóllo, puerum, prímus Priamo quí foret
Postílla natus, témperaret tóllere:
Eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo.

VI

Omnís aequalis uíncebat quinquértio.

VII (25)

Sáncte Apollo, qui úmbilicum cértum terrarum óptines,
'Vnde superstitiósa primum saéua euasit uóx foras!

illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia mater grauida' e. q. s. ('quia' reddidi Ciceroni.) Versus uidentur ex Alexandri Ennianae fabulae prologo sumpti esse. VI Festus p. 257 M. 'quinquertium uocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, ut indicat uersus hic: omnis' e. q. s. 'Liuius quoque ipsos athletas sic nominat.'

VII Cicero de diu. II 56, 115 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno, eademque paulo post: eheu uidete ..... sed iam ad te uenio, sancte Apollo' e. q. s. Varro de l. L.

---

7 mentis: *cf. Foertschius Quaest. Tull. part. alt. p.* 16 (*Numburgi* 1846) mentem *Lambinus* mortis *Bothius* 9 et sacrificabat *Leid. H, quod* ecsacrificabat *recte interpr. Christius* exsacrificabat *ceteri* 10 coniecturam *Leidd. ABH* coniecturum *Erl. Vind.* coniectorem *ceteri* 11 doceret *Vind. codd. aliq. Orellii* obsecras *Leid. A m.* 1 apollonem *Erl.: cf. Ritschelius opusc. II* 494 *sq.* 12 somniorum *Erl.* 13 Ubi *Leid. B* sibi *Leid. H m.* 1 ib *Leid. A m.* 1 oraculo *Erl.* uocem diuinam *ex Eliensi Dauisius* diuinae dedit *Leid. A* 14 prius *Vind.* 15 postilla *coniungi iussit Ritschelius opusc. II* 271 temperaret tollere *cod. Vossii, Vind. m. pr., om. cod. S. Victoris* temptaret tollere *Leid. H Palat. b Erl.* tempora extollere *Vind. m. alt.* tempora et tollere *alii* tempora hunc si tolleret *uulgo* 16 exitum *Leid. H* 17 uicerat *uel* uinceret *prop. Kiesslingius* 18 sancte *Gruterus* o sancte *Ciceronis et Varronis libri* obtines (optines *Flor.*) *Varro et Ciceronis Vrsin.* obsides *ceteri libri* 19 unde haec *Lambinus* foras *Gruterus* fera *libri*

Digitized by Google

IX

Hécuba, hoc dolet pudét piget.

X

. . heu heú pater, heú Hector!

XI

Póstquam abs te, 'Agamemno, út uenirem tétigit aures
núntius,
'Extemplo

XII

cóncitum tetulí gradum.

VII 17 M. 'o sancte . . . obtines. Vmbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis: quod utrumque est falsum.' Dubium uix est quin Enniana haec sint. De eis quae apud Varronem antecedunt uide Th. Mommsenum mus. Rhen. XVI 285. Quod olim inde decerpseram fr. VIII 'dei quod Titanis Deliadae' nunc resecui. IX Quintilianus IX 3, 77 'fit etiam singulis uerbis' (sc. ὁμοιοτέλευτον): 'Hecuba . . . pudet; et: abiit excessit erupit euasit.' Fortassé Cassandrae in Ennii Alexandro uerba sunt. De Langii suspicione in uind. p. 48 prolata disserui in quaest. scen. p. 259 sq. X Charisius II p. 216 P. 'heu heu, pater' e. q. s. 'a dolore mentis adfectae.' Cf. Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486 (Opusc. I 350). Ad Cassandrae canticum quod est in Ennii Alexandro rettuli inter fr. VII et VIII. XI Cicero ad Att. XIII 47, 1 'Posteaquam abs te, Agamemno, non ut uenirem . . . sed ut scriberem, tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi; ea quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolaui.' (aures . . instituta om. Med.) Tragoediae uerba agnouit Gulielmus quaestt. Plaut. p. 130 sq. Cf. Varro in epistula Iuli Caesaris apud Nonium p. 263, 3 (fragm. Varr. p. 259 R.) 'quem simul ac Romam uenisse mihi attigit auris nuntius, 'Extemplo meos in curriculum contuli propere pedes.' Ex quibus haec extrema quae septenarium trochaicum explent in tragoedia u. 23 secuta fuisse caute suspicatur Buechelerus mus. Rhen. XIV 449. Ipse olim fr. XII ad eandem orationem referendum esse conieci, sed Ciceronem certe non plura quam quae in textu posui et quod Ennianum saue est edolaui (cf. Varro ap. Non. p. 448, 17, sat. fr. p. 105 R.) a poeta mutuatum esse nunc mihi quoque persuasum est. Contulit Ladeuicus anal. scen. p. 15 ex Euripidis Iphigenia u. 633: ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ, Ἥκομεν, ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν. XII Charisius IV p. 248 P. 'prothesis est, cum primae parti dictionis aut littera adicitur aut syllaba. littera . . . syllaba, ut: concitum t. g. pro

22 heus *ter cod. et edd.* 23 *Placuit haec potissimum uersus forma qualem in adnot. olim proposueram Meinekio: et abhorrere* posteaquam *ab antiquitate monuit Ritschelius opusc. II* 271. posteaquam abs ted, Agamemno, tetigit a. n. *Gulielmus*

Digitized by Google

XIII

Iam dómum itionem réges [et] Atridaé parant.

XIV

Dómum itionis cúpidi imperium régis paene inmínuimus.

XV (34)

Quod nísi quieris, Ménelae, hac dextra óccides.

XVI (59)

Proin démet abs te régimen Argos, dum ést potestas cónsili.

tuli.' Diomedes p. 435 P. 'prosthesis' (immo 'prothesis') 'est appositio quaedam ad principium dictionis. litterae . . . syllabae, ut: concitum t. g. pro tuli.' Cf. Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486 (Opusc. I 350). XIII Rhet. ad Herenn. III 21, 34 'cum uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus, plus negotii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus. id nos hoc modo facere oportebit: iam' e. q. s. 'in uno loco constituere manus ad caelum tollentem Domitium, cum a Regibus Marciis loris caedatur. hoc erit: iam domuitionem reges. in altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam uelut agentes Agamemnonem et Menelaum. hoc erit: Atridae parant. hoc modo omnia uerba erunt expressa.' subornari ut ad ephigeniam in agamemnonem et (agamen ñem it Wuerzb.) menelaum Par. Wuerzeb. Bamb. a Fris., nisi quod menalam Fris. subornari ut uel uagantem ephigeniam (ceteris omissis) Bamb. b subornari ut ad ephygeniam aduagantem agamemnonem et menelaum Tross. subornari ut ephigeniam uagantem (ceteris omissis) Tur. subornare uagam iphigeniam reliquis om. Opitz. subornari in Iphigeniam (immolandam) a Calchante Agamemnonem et Menelaum' Orellius in altero loco subornare Aesopum et Cimbrum in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum post Schuetzium Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XV, qui ex Ennii Iphigenia sumpta esse coniecit. XIV Non. 96, 3 'domutionem. Pacuuius Hermiona . . . Lucilius lib. xxvi: domutionis' e. q. s. Videntur enim haec ex tragoedia sumpta esse: nam inepta obloquitur L. Mueller de re m. 420; cf. praeterea R. Bouterwekii quaestt. Lucil. p. 38. Cogitaui de Telepho Ennii: eodem rettuli fr. XV. XVI. XVII.

XV Seneca epist. 80 'ille qui superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait: quod nisi' e. q. s. 'diurnum accipit, in centunculo dormit.' XVI Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Iahn. (2726 P.)

---

26 domi ultionem *utroque loco libri* domuitionem *Victorius* domitionem *L. Mueller de re m.* 420, *qui p.* 429 *totum uersum a rhetore confictum esse adfirmat* et *Buechelerus inseruit*, *ipse* iam *uolebam* 27 domutionis *libri* domuitionis *Mercerus* domitionis *L. Mueller l. l.* paene *edd.* pene *libri* 28 *De elisione*, *quae est in uoce* Menelae, *dixit Lachmannus in Lucr. p.* 162 29 proin demet *Lachmannus* proinde et *libri* consili *Lachmannus* consulendi *libri*

XVII (65. 66)

Nám sapiens uirtúti honorem praémium, haud praedám petit.
Sét quid uideo? férro saeptus póssidet sedís sacras

XVIII (69)

Omnés Danai atque Mycénenses,
Attíca pubes

XIX

Itís, paratis árma quam primúm, uiri.

XX

Dánai qui parént Atridis, quám primum arma súmite!

'octonarius iambus: proin' e. q. s. XVII Cicero de orat. III 26, 102 'numquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest: nam sapiens' e. q. s. 'sed abicit prorsus, ut in proximos: set quid' e. q. s. 'incidat, aspiciat admiretur stupescat.' XVIII Cicero de fin. II 6, 18 'quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent uoluptatem: aut, si magis placeret suo more loqui, quam ut omnes' e. q. s. 'reliquique Graeci, qui hoc anapaesto citantur, hoc non dolere solum uoluptatis nomine appellaret.' Ex eodem fortasse cantico sunt, unde in Attii Telepho fr. II restat. XIX XX Pompeius comm. p. (318 L.) 237 K. 'habemus in antiquis auctoribus, praecipue in antiquis poetis inuenimus uarie iunctas istas personas, credo, quia adhuc indefinita erat ista ratio: itis ... uiri; et alio loco dixit Danai ... sumite. Danai qui casus est? uocatiuus sine dubio. iste uocatiuus casus quam personam debuit tenere? secundam. parent tertia persona est: ecce iunxit tertiam personam uocatiuo: Danai qui parent Atridis; debuerat dici o Danai qui paretis, quod est in secunda persona.' idem p. 291, 26 K. 'uitium ... per modos, si uelis dicere: itis ... uiri, pro eo quod est ite parate; per personas: Danai ... sumite, Danai qui parent sumite pro eo quod est Danai qui paretis sumite.' Donati ars p. 1769 P. (IV p. 394 K.) 'soloecismus fit .... per modos uerborum, sicut itis ... uiri pro ite parate; indicatiuum modum pro imperatiuo posuit ... per personas, sicut Danai ... sumite pro qui paretis sumite.' [Sergii] explan. in Donatum II (uol. IV p. 564 Keil.) 'soloecismus ..... per personas, sicut: Danai' e. q. s.

---

31 et quid *libri plerique* ecquid *Lagom.* 14 *Gud. b* at quid *Ellendtius* 32 atque *Lambinus, Eliensis Dauisii, Scaligeri uetus* aut *libri optimi* 33 aut artica *Pal. B* ut artica *Erl.* 34 *Hunc uersum per interrogationem efferendum esse censet L. Mueller de re m.* 430. istis *Pompei p.* 237 *Wolfenb.* arma *om. Pompei p.* 237 *Wolfenb. m. pr.* quod primum *Pompei p.* 291 *Berol.* 35 atrides *Donati Berol.* atridi *Pompei p.* 291 *Pariss. CP, Berol.* Atridae *L. Mueller de re m.* 429 quod primum in *Pompei p.* 291 *Berol.* quam (*om.* primum) *Paris. B*

Digitized by Google

XXI

crífspisulcans ígneum
Fúlmen

XXII (51)

Martém fatigat pródigus uitaé furor.

XXIII

Supréme belli . . . . . potens!

XXIV

inplorát fidem
Iouis hóspitalis, Gráios omnis cónuocat.

XXV (57)

Haec, béllicosus cuí pater, matér cluet Minérua.

'pro: qui paretis sumite.' Exemplum huius modorum confusionis est tituli in Mommseni IRN 5607 u. 5 editi atque adnotati nuper a Buechelero in anthol. epigr. specimine I carm. XXXXI. XXI Cicero Topic. 16, 61 'cum autem erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur . . . at cum in Aiacis nauem crispisulcans i. f. iniectum est, inflammatur nauis necessario.' cf. Attii Clut. fr. V XXII Seruius Centimetr. p. 1818 P. (366 G.) 'Archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Martem' e. q. s. Confictum esse a Seruio statuit L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 432.
XXIII Festus p. 305 M. 'supp[remum modo significat] summum, ut [cum dicit . . . . .] suppreme bel . . . . potens. Plautus — alias extre[mum significat, ut] in legibus XII — crimine necte tuo . . . .'ab illo sepeliri die s . . . . et quasi suppremo l[anguescere] tempora uoltu.' immo 'tempore uoltus': nam Lucretiana III 595 esse monuit Bergkius annall. philoll. 1861 p. 635. Eundem secutus consultius duxi frustum ab illo sepeliri die s[upremo], quod olim inter duos senarios distribueram, a scaenae reliquiis secludere. Lacerata membra XXIII senarium olim constituisse uidit Scaliger XXIV Cicero ep. ad Quintum fratrem II 10, 3 'multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus; quo genere commotus, ut dixi, Appius totum me amplexatur; nihil est enim facilius quam reliqua discutere. sed non faciam ut illum offendam, ne inploret . . . conuocet, per quos mecum in gratiam rediit.' Tragicum agnouit Buechelerus Coni. Latt. p. 17 sq. huiusque inscius M. Hauptius in Hermae III 338. Ille de Hecuba siue de Telepho, hic de Menelao sermonem esse ariolatur. XXV Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Iahn. (2726 P.) 'octonarius iambus [XVI]. septenarius: haec' e. q. s. Vnicum fere septenarii

---

38 Mortem *Kiesslingius* 39 suppreme *cod: cf. Ritschelius Mus. Rhen. VII p.* 564 pater atque armorum *lacunam explet* pater suppreme, belli et armorum p. *Scaliger* supreme belli atque armorum arbiter p. *O. Mueller* 40 *sq.* inplorat . . . conuocat *et Buechelerus et Hauptius* 42 bellicosus *Carrio* bellicosis *libri* pater, mater *Carrio* mater pater *libri* bellicosa, cui pater mater cluet, M. *coni. Buechelerus*

Digitized by Google

XXVI (27)

Vbi ínitiantur géntes orarum últimae

XXVII

[Si]c óps euadit, [séd] ego egens exórtus sum.

XXVIII

Phoenix

45 46 . . . non múlta peccas: sín peccas, te régere possum.

XXIX (19)

Aiax

Videó te, uideo: uíue, Vlixes, dúm licet:
Oculís postremum lúmen radiatúm rape!

iambici in tragoedia exemplum, nam dubius est Attii u. 697. Itaque procul hinc habendum esse iudicant Iosephus Krauss mus. Rhen. VIII 532 et L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 432 sq. Ipse poeta fortasse senarios haec ... cluet | Minérua dederat. Martis et Mineruae filia uel Victoria uel Virtus uel Pax dici poterat. XXVI Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusinem, sanctam illam et augustam, ubi initiantur' e. q. s. 'praetereo Samothraciam eaque quae Lemni [XXXVII]' Fortasse in Erechthei Ennianae fabulae prologo posita fuerunt. XXVII Festus p. 190 M. 'ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, ut testimonio est non solum ei contrarium inops .... concedit ego egens e. s.' (Lacunam his explet Scaliger: sed etiam cops, ut: is) Vtrum tragicum an comicum sit dubitari potest. Si recte Homeri Il. IX 321 sqq. contuli, poterat talia in Attii Myrmidonibus Achilles queri. XXVIII Cicero pro Mur. 29, 60 'non multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior magister, sed si peccas, te regere possum.' Quintilianus VIII 6, 30 'antonomasia, quae aliquid pro nomine ponit ... (Cicero) ipse certe usus est hac libertate: non multa ... magister: neutrum enim nomen est positum et utrumque intellegitur.' Phoenicem in Attii Myrmidonibus loquentem agnouit Ladeuicus anal. scen. p. 3 XXIX Cicero de orat. III 40, 162 (dicitur de uerbis translatis) 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: caeli ingentes

---

43 horarum *Leidd. AC m.* 1 orai *Bentleius in Hor. carm. I* 35, 29 44 sic ops euadit, sed *conieci.* concedit *cod.* cops edit *Scaliger* emortuus sum *O. Muellerus* 45 sin *scripsi* sed, *om.* si, *Halmii codd., Oxonn. Cχ, Pariss.* 1 4 7 sed si *Asc.* 1511, *quod accentuum ratio non tolerat.* regere te Póssum *frustra temptaui. Iambicos septenarios* ...... non multa péccas: set si péccas, Te régere possum *Fleckeisenus commendauerat; quod si numeris illis uti liceret, mallem uno uersiculo* non múlta peccas, séd si quid peccás, te regere póssum. 47 uideo te, uideo *Bothius* uideo uideo te *libri* uiue *libri de orat.* uiuum *libri in Acad.* dicet *Vindob. in Acad.* 48 radiantis (*sc.* solis) *Muretus Var. Lect. XI* 9 *e 'uetere libro' suo* rape *om. Abrinc. Lagom.* 4 cape *Lagom.* 2

XXX (Att. Arm. iud. 19)

Aiax

Apérte fatur díctio, si intéllegas:
Talí dari arma, quális qui gessít fuit,
Iubét, potiri sí studeamus Pérgamum.
Quem ego mé profiteor ésse, mest aecúm frui
Fratérnis armis míhique adiudicárier,
Vel quód propinquus uél quod uirtuti aémulus

XXXI (1)

Aiax

Cuius ípse princeps iúris iurandí fuit,

fornices. quamuis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius: tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse. **Vinc**' e. q. s. 'non dixit cape, non pete: haberet enim moram sperantis diutius esse uicturum: sed **rape**. hoc uerbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, **dum licet**.' Idem Acad. pr. II 28, 89 'quid loquar de **insanis**? .... quid? ille qui: **uideo ... licet**, nonne etiam bis exclamauit se uidere, cum omnino non uideret?' Verba 'quid ille .... uiuum' in loco eraso habet Vindob. Aiacem furentem loqui manifestum. XXX Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est, cum id, de quo summa controuersia est, parum expeditur et quasi transactum sit relinquitur, hoc modo: **aperte**' e. q. s. Attii armorum iudicio et hoc et duo sequentia

---

49 aperte aiax fatur *Bamb. b* Apertae fatur *Memmius* 50 talis fuit iubet tali dari arma qualis qui gessit fuit *Bamb. a corr. Fris. in mg.* tali dari arma qualis ille qui gessit talis fuit *Tur.* tali fuit, *mediis omissis*, *Par. m. pr. Erf.* talis fuit *Bamb. a m. pr. Fris. Par. corr.* 51 *om. Bamb. a m. pr.* Pergamum *Par. m. pr. Wuerzb. Erf.* Pergamo *ceteri libri* 52 quem ego me profiteor esse mea aequam frui *Erf.* quem ego me profiteor ēe meãecũ frustra ternis (*haec ultima pro his* frui fraternis) *Wuerzb.* quam ego me profiteor esse meam est ecum-frui *Par.* quae ego profiteor esse mea est equum frui *Bamb. a* quae ego profiteor esse mea. Me enim est equum frui *Bamb. b* quae ego profiteor esse meam est aequum frui *Fris.* quae profiteor esse mea. me enim est aequum frui *Tross.* quae ego mea profiteor esse me est equum frui *Tur.* quae ego mea profiteor esse: nam me aequom est frui *Bothius*, *Hermannus Opusc. VII* 369, *nisi quod hic* ego *deleuit.* quem ego profiteor esse. Me, me aequum est frui *Oudendorpius* *Poterat etiam conici:* me enim (*uel* med) aecúmst frui 53 armis *om. Par. Wuerzb. Fris. Tur. Erf.* adiudicariei *Wuerzb.* 54 quia propinquus *Bamb. b* uirtutis *Bamb. a b Fris. Tross.* uirtute *Par. Erf.*, *Hermannus* uirtutum *Tur.* remulus *Par. m. pr. Erf.* romulus *Par. corr.* emulus sum *Bamb. b Tross. cf. Bergkius Ephem. Marb.* 1851 *p.* 231. *Potuit sequenti uersu uel* sum *illo uel alio uerbo sententia compleri* 55 cui *Bern. a* iusiurandi *Oehl.*

Digitized by Google

Quod ómnes scitis, sólus neglexít fidem:
Furere ádsimulare, né coiret, ínstitit.
Quod ní Palamedi pérspicax prudéntia
Istíus perspexet málitiosam audáciam,
Fidé sacratae iús perpetuo fálleret.

XXXII (Att. Arm. iud. 18)

Vidí te, Vlixes, sáxo sternentem Héctora,
Vidí tegentem clípeo classem Dóricam:
Ego túnc pudendam trépidus hortabár fugam.

XXXIII (47)

. fácinus fecit máximum, cum Dánais inclinántibus
Summám perfecit rém, manu suá restituit proélium
Insániens.

fragmenta probabiliter inseruerunt. XXXI Cicero de off. III 26, 98 'utile uidebatur Vlixi, ut quidem poetae tragici prodiderunt . . . sed insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere uoluisse . . . quid enim auditurum putas fuisse Vlixem, si in illa simulatione perseuerauisset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen haec audiat ab Aiace: cuius' e. q. s. XXXII Charisius IV p. 252 P. 'per mycterismon, id est derisum quendam, tam quam: uidi' e. q. s. 'haec omnia derisu quodam dicta sunt a fortiori ad non fortem.' XXXIII Cicero Tusc. disp. IV 23, 52 'semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore; nam facinus' e. q. s. Ex comico quodam producta esse censet Bentleius

---

56 neglexerit *Bamb. Oehl.* 57 assimulare *Bern. c* assimulauit *libri plerique* adsimulauit *Wuerzb. Gud. a, sed* ad *eraso et* se *suprascripto* assimulauit *Ambros. Bernn. a b* adsimilauit *Bamb.* insimulauit *Oehl.* ne quo iret *Gud. a, unus Oxon.* 58 Palamedi *Bamb. Wuerzb.* Palamedis *ceteri* 59 perspexet *Klotzius in Ter. Andr. p.* 43 percepset *edd., quam formam in dubitationem uocat Maduicus Opusc. II p.* 69 *not. cf. Turnebus Aduers. VIII* 3 percepisset *libri* (*sed* i *erasa, ut uidetur, in Bamb.*) '*quod qui seruandum censuerit*, eius *scribere debebit' Hermannus de Maduigii interpret. quarundam uerbi Lat. formarum p.* 7 astutiam *Gud. a, Wakefieldus in Lucr. I* 234, *recte ni f.* 60 fide *Ambros. Bamb. Wuerzb. Bernn. c e Oehl.* ei de *Bernn. a b* fides *Hermannus l. l.* sacratae *Bern. e*, '*plerique codd.' Fabricii* sacrata *Ambros. Bamb. Wuerzb. Bernn. a b Oehl.* sacratum *Bern. c*

63 trepidus *Fabricius* trepidus pedib: *cod.* 64 nam facinus *uulgo* cum in acie facit fecit m. Nam Danais incl. *Mon. a* 65 *sq.* rem perfecit, manu sua restituit proelium Insániens *Hermannus Opusc. VII* 385 rem perficit manus proelium restituit insaniens (insaniem *Reg.*)

XXXIV

uictor ínsolens
Ignominiae sé dolore uíctum non potuít pati.

XXXV

Ferrón an fato moérus Argiuom óccidit?

XXXVI

Tetulít senilis Poéas ad caelúm manus.

XXXVII (28)

Noctúrno aditu occultá coluntur

XXXIV Cicero pro Scauro 3 p. 75 Peyron. (A. Mai auct. class. II 289) 'quid? in omnibus monumentis Graeciae, quae sunt uerbis ornatiora quam rebus, quis inuenitur, cum ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ignominiae dolore, ut ait poeta, uictor ... pati, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multauit?' In Attii Philocteta haec narrata fuisse conieci. XXXV Quintilianus VIII 6, 10 (dicitur de translatione) 'pro rebus animalibus inanima: ferro' e. q. s. Tragici uersum agnouit Muretus Var. Lect. XIX 2, et satis quadrat ex Sophoclis Philocteta Neoptolemi de Achille dictum u. 334 τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο κ. τ. λ., ut ad Attii Philoctetam haec probabiliter referantur. XXXVI Pompei commentum in Keilii gramm. Latt. V p. 296 'figurae fiunt causa ornatus ... puta: tetulit ... manus. tetulit pro eo quod est tulit. stabat ille uersus an non? si potuit stare uersus, puta: tulit ... manus, et ille maluit dicere tetulit pro eo quod est tulit, figuram fecit, id est schema.' Consentii ars ibid. p. 387 'prothesis est syllabae: tetulit ... manus. dixit enim tetulit pro eo quod est tulit.' XXXVII Cicero de nat.

Reg. Pith. Gud. Brux. rem perfecit manus p. r. i. *Bern.* perfecit rem manus p. r. i. *Rehd.* perficit Marius p. r. i. *Marb.* perfecit rem manu, r. p. i. *libri plerique* rem perfecit manu, rem restituit insaniens *Bentleius* rem erexit, proelium restituit manus insaniens *Grotius Bibl. crit. nou. IV* refecit rem, manu restituit proelium insaniens *Seyffertus* insaniens *Kayserus Ciceroni tribuit* 67 *sq. Ciceronis uerba* ignominiae dolore uictor insolens se uictum n. p. p. *transposui, nam parum placent senarii quales* ignóminiae d. u. i. | .... se u. n. p. p. 69 ferron an fato *Buechelerus* ferro an fato *Bern. Bamb.* ferro non fato *Ambros. Monac. Bamb. m.* 2 ferro anne fato *Muretus* fato, non ferro *adfirmatiua sententia olim edideram.* moerus *Bamb. Tur. m. pr.* omerus *Ambr.* maerus *Guelf.*, *om. Goth. Voss. b* emoerus *Flor. Bamb. m.* 2 emoerus uel numerus *Tur. m. alt.* enio eius *Monac.* moecus *ms. Mureti* uirtus *ceteri. In illa* e *uocali fortasse* heu *latet, quod praepositum sic* heu! férro (*uel* heu | ferrón) an fato *melius quam insertum* ferron an f. heu m. A. o. *placeat.* argiuum *Monac. Bamb. m.* 2 argum *Ambros.*

70 senili *Paris. C* sinili *Berol. Pompei* senius *Consentii Monac.* Poeas *Lindemannus* poetas *Paris. C Berol.* poeta *Pariss. BP* (*infra* poetas *Parr. BC Berol.*) *Pompei* hostis *Consentius* 71 occulta co-

Siluéstribus saepibus dénsa.

XXXVIII (Enn. Hec. 15)

'Adsum atque aduenio 'Acherunte uíx uia alta atque árdua,
Pér speluncas sáxis structas ásperis pendéntibus
Máxumis, ubi rígida constat crássa caligo ínferum.

XXXIX (Enn. Hec. 16)

'Vnde animae excitántur obscura úmbra opertae ex óstio

deor. I 42, 119 'omitto Eleusinem ... [XXVI] praetereo Samothraciam eaque quae Lemni nocturno' e. q. s. 'quibus explicatis ad rationemque reuocatis rerum magis natura cognoscitur quam deorum.' Attii Philoctetae reddi et post u. 528 inseri uolerunt C. Beier et G. Hermannus. XXXVIII XXXIX Cicero Tusc. disp. I 16, 37 'in terram enim cadentibus corporibus eisque humo tectis, e quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam uitam agi mortuorum. quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt, quos auxerunt poetae. frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculae et pueri, mouetur audiens tam grande carmen: adsum ... inferum: tantumque ualuit error ... ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possunt nec intellegi ... inde Homeri tota *νεκυία*: inde ... *νεκυομαντεῖα* ... inde in uicinia nostra Auerni lacus, unde animae excitantur obscura ... sanguine, imagines mortuorum. has tamen imagines loqui uolunt.' (imagines mortuorum libri optimi. mortuorum imagines Eliens. c Petrens., Bentleius tamquam poetae uerba. Sed uidentur potius e margine illata esse: cf. Cicero de diu. I 30, 63) Non. 272, 32 'constitit, erectus est .... Cicero Tusculanarum lib. I: ubi rigida c. c. c. inferum.' Fr. XXXVIII contuli cum Sophocleae Polyxenae fr. 478 N. (469 D.), ubi Achillis umbra loquitur:

ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς
λιποῦσα λίμνης ἦλθον, ἠχούσης γόους
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς

luntur aditu *Leid. C*, *sed additis transponendi notis.* 73 *an* ab Acherunte? 76 *sq.* unde animae excitantur *uerba annon Ciceronis potius quam poetae sint ambiguum.* obscura umbra opertae ostio *Bruxell.*, *Dauisius* o. u. apertae hostio *Gud. Reg.* obscurae umbrae aperto ostio *Bentleius*, *sed idem* obscura umbra opertae *alias.* obscura umbra aperto ex ostio *Maduicus* 77 altae *Klotzius* alte *Gud. Reg.* alto *Bruxell.* alti *Bentleius* cassae *prop. Orellius*, *quod defendit Seyffertus* salso *Reg. Gud. Brux.* fuso *Bentleius* *Qui cum Gulielmio claudunt uersum his:* sanguine, mortuorum imagines *trochaeos dactylo corrumpunt.* obscura umbra aperto alti ostio Acheruntis falso sanguine *Bothius* 76 *sq. cum* 75 *Hermannus ad Eurip. Hecub.* 1 *sic coniungi uoluit:* inferum, 'Vnde animae excitantur obscura umbra, aperto alti ostio 'Acheruntis falso sangui, mortuorum imagines.

'Altae Acheruntis sálso sanguine . . . .

XL

'Vsque quaque sápere oportet: íd erit telum acérrimum.

XLI

mané mane, porro ut aúdias!

XLII (29)

Quá tempestate Hélenam Paris innúptis iunxit núptiis,
'Ego tum grauida explétis iam fere ád pariendum ménsibus,
Pér idem tempus Pólydorum Hecuba pártu postremó parit.

XLIII

Et ego íbo ut latebras rúspans rimer máritimas.

XLIV

Naufrágia, labes géneris ignorás, senex?

XLV (Enn. Telam. 8)

Telamo

'Ego cum genui, túm morituros scíui et éi rei sústuli.

XL Cicero ad fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt ... Vsquequaque' e. q. s. XLI Charisius II p. 216 P. 'mane' e. q. s. 'cupiditatis adfectus est.' XLII Cicero de orat. III 58, 219 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'molestia: sine commiseratione graue quoddam et uno pressu ac sono obductum: qua tempestate' e. q. s. Idem orat. 49, 164 'quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui paenitet: qua t. Helenam P. et quae sequuntur.' Ex Pacuuii Iliona sumpta esse intellexit Welckerus. XLIII Festus p. 265 M. 'ruspari est quaerere crebro, ut hoc uersu indicatur: et ego' e. q. s. Cf. Pacuuii inc. fab. XXXI. XLIV Charisius V p. 251 P. 'διάλυτον est siue διάλυσις oratio nulla coniunctione interposita, ut: alii naualibus ite' e. q. s. 'et aliubi: naufragia' e. q. s. 'sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur.' Ad Teucrum Pacuuii rettuli. XLV Cicero Tusc. disp. III

79 *An* audiam? 80 qua in *Lagom.* 2 13 36 quam *Lagom.* 32 *corr.* tempestate Helenam Paris *Lachmannus* tempestate Paris Helenam *libri* Paris tempestate Helenam *Bothius* innuptiis *Abrinc. et plerique ceteri* nuptias *Abrinc. Erl. b Lagom. aliq. Gud. a et c* 81 fere *libri* fui *Bothius* fere eram *Halmius* 82 Hecuba] haec ubi *Erl. b* 83 rimer maritimas *Scaliger* rimeram aptimas *cod.* rimer optimas *uel* rimem aptissimas *L. Mueller de re m.* 442 84 ignorat *cod.* *Interrogandi signum uulgo deest* 85 moriturum *Seneca,*

Digitized by Google

Praéterea ad Troiám cum misi ob défendendam Graéciam,
Scíbam me in mortíferum bellum, nón in epulas míttere.

XLVI (18)

. inter se strépere aperteque ártem obterere extíspicum:
Sóluere imperát secundo rúmore aduersáque aui.

XLVII (54)

Nisi sí qua Vlixes líntre euasit Lártius

13, 28 'uidentur enim omnia repentina grauiora. ex hoc et illa iure laudantur: ego cum' e. q. s. Ibidem 24, 58 'atque hoc idem et Telamo ille declarat: ego cum genui.' (Reliqua huius uersus m. rec. addita in Reg.; totum uersum exhibent Marb. Duisb. Oxon. unus. ego cum genui moriturum sciui Vindd. Mon. b Rehd. et additis m. alt. moriturum sciui Bern) Seneca ad Polyb. de cons. 11, 30 'quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam magno uiro uocem emisit: ego .... sciui. prorsus non mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset ... ego ... sciui. deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi: et huic rei sustuli.' Fronto de bello Parth. p. 199 ed. Rom. (105 Nieb. 217 Nab.) 'an cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere? [85] Praeterea cum in terrarum' ('terrae' cod.) 'orbem misi ob defendendum imperium, scibam me in mortifera bella' e. q. s. 'haec uerba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est.' Hieronymus epist. ad Heliodor. III 'ubi illud ab infantia studium literarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalem?' (cf. Cic. Tusc. disp. III 14, 30) Ennio uindicauit Hermannus. XLVI Cicero de diu. I 16, 29 'ut P. Claudius Appi Caeci filius eiusque collega L. Iunius classes maximas perdiderunt, cum uitio nauigassent. quod eodem modo euenit Agamemnoni: qui, cum Achiui coepissent inter se' e. q. s. Ex narratione naufragii esse, quae in Pacuuii Teucro legebatur, statuit Bergkius. XLVII Quintilianus VI 3, 96 'adiuuant urbanitatem et uersus commode positi seu toti ut sunt ... quod fit gratius, si qua etiam ambiguitate conditur, ut Cicero in Lartium' (ita Bonnellius. *in lertium* Ambros. in lertium Flor. in artium Bamb. suppl. in arcium Par. a Tur. m. pr. et tertia. martium Monac. Argentor. marcium Tur. m. sec. in Marcium edd. priores.) 'hominem callidum et uersutum, cum is in quadam causa suspectus esset: nisi' e. q. s. Cf. Cicero Brut. 60, 216 Quintil. XI 3, 129. Possunt haec quoque in Teucro Pacuuii inserta fuisse.

Ciceronis libri deteriores ei] huic *Seneca* 86 missi *Frontonis cod.* 87 scibam *Fronto* sciebam *Ciceronis libri* 88 inter sese *Dauisius* illi inter se *Stieglitzius de Pac. Dulor. p.* 126 extispicium *Leid. H* 90 nisi si *Ambros. Bamb. suppl., ut coni. Spaldingius* nisi *ceteri libri* quia *Monac. Argentor.* lintre *uel* inde euasit *Spaldingius* interuasit *libri optimi, tuetur Buechelerus.* inteuasit *Guelf.* arte euasit *libri Burmanno notati* rate euasit *alii* Lartius *Ambros., Spaldingius* lertius (laertius *Ambros. m.* 2) *rell.* Lertius *nominis formam tuetur Fleckeisenus annall. philoll.* 1866 *p.* 8

XLVIII

'O parens antíqua nostrae géntis, Argiuúm decus!

XLIX (Pac. Teuc. 21)

Teucer

pátria est, ubicumque ést bene.

L (Enn. Telam. 9)

Hícine ille est Télamo, modo quem glória ad caelum éxtulit,
Quem áspectabant, cuíus ob 'os Grai óra obuertebánt sua?

* * *

simul ánimus cum re cóncidit.

LI (58)

Quae tám terribilis túa pectora turbát, terrifico sónitu inpulit?

XLVIII Analecta grammatica Endlicheri II 517 'diuiditur autem tetrametrum trochaicum catalecticum in quatuor genera haec . . . tragicum, quod plures spondios habeat et sit elatius: o parens' e. q. s.
XLIX Cicero Tusc. disp. V 37, 108 'itaque ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest: patria' e. q. s. Publilius Syrus 545. 685 R. (635 [281] de mor. 43 W) Pacuuii Teucro tribuere nemo dubitat.
L Cicero Tusc. disp. III 18, 39 'quid ergo? huiusne uitae propositio et cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut Aeetam, de quo paulo ante dixi, aut Telamonem pulsum patria, exulantem atque egentem, in quo haec admiratio fiebat: hicine est ille ... obuertebant sua? quod si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, a grauibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his uoluptariis.' Idem ad fam. IX 26 'in eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille [94]?' Eurysaci Attii uindicare studui in quaest. scen. p. 329 sq.
LI—LIII Censorinus fragm. c. 14 p. 96 Iahn. (2726 P.) 'Aristobolius [LI]. hic circuitus magis quam uersus est. Dactylum crebrum

93 hicine *Brux.*, *Lambinus* haeccine *Reg. Gud. Pith.* hiccine *uulgo* ille est Telamo *Geppertus l. l.* 114 est ille Telamo *Bern.* est ille Telamon *libri optimi*, *quod tuetur Wesenbergius ad Tusc. I* 49, 116 est Telamo ille *alii* 94 aspectabam *Med. epist.* Grai ora *Reg. Gud. Brux. Pith.* Grai lora *Med. epist.* Graii ora *uulgo* Graj ora *Lachmannus in Lucr. p.* 163 95 cum re concidit *libri deteriores*, *Bentleius* re concidit *Bern. in mg.*, *Marb.* rem condidit *Reg. Gud. Brux. Pith.* 96 quae tam *Bothius* (*intellegenda* uox *est*) quaedam *libri* tua pectora] tria, *om.* pectora, *Gorlic.* turbans *Heinsius*, *O. Iahnius* terribili . . . turba et *Hultschius* terrificum sonitum *Bothius*

Digitized by Google

LII (22)

Quís meum nóminans nómen [aede] éxciet?
Quís tumultu ínuocans íncolarúm fidem —?

LIII (60)

Quí repens sémisomnum, ónere pulsáns graui
[Hás] fores, strépitu terret?

LIV (32)

Ioue pátre prognatus ést, ut perhibent, Tántalus,
Ex Tántalo ortus Pélops, ex Pelope autém satus
Atreús, qui nostrum pórro propagát genus.

LV (33)

En ímpero Argis, scéptra mihi liquít Pelops,

habet, rarum spondium. Paeon duodenarius [LII]. et hic circuitus magis quam uersus est. huic suberunt ** denarius [LIII].' (Archebulius Nic. Loensis Epiph. V 8). Haec tria fragmenta in Niptris Pacuuii posita fuisse conieci. LIV Quintilianus IX 3, 57 'inuenitur apud poetas quoque' (sc. gradatio) 'ut apud Homerum de sceptro, quod a Ioue ad Agamemnonem usque deducit: et apud nostrum etiam tragicum: Ioue' e. q. s. (usque deducit .... Tantalus om. Tur. Flor. m. pr. Guelf., totum locum om. Alm.) Diomedes II p. 443 P. eisdem uerbis praemissis. Cf. Eurip. Iphig. Taur. 1 sqq. LV Seneca epist. 80 'ille qui in scena latus incedit et haec resupinus dicit: en impero'

---

inpulit *Darmst.* intulit *Vat. Gorl.*, *Bothius* *Anapaesti sunt*, *non dactyli*, *quos* (*item ut creticos fr. LII*) *confictos esse a grammatico contendit L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 434; *ne inspexit quidem illius libellum CFW Mueller prosod. Plaut.* 410 97 aede *Lachmannus*, *om. libri* 97 *sq.* exarquamuis *Gorl.* 98 tumultu *Scaliger Coni. p.* 56 tumultum *Darmst. teste Vrlichsio mus. Rhen. XXII* 471 tumulum *Vatic.* 99 *sq. Emendaui ut potui. Altero uersu creticum ditrochaeo statuo excipi. Praestant tamen fortasse haec:* quí repens sic mias ónere pulsát graui Mi fores? strépitu quis térret? *nam* qui repens semipulsus onere graui fores crepitu terrent *libri*, *nisi quod* honere *Vat. et* screpitu *Darmst.* 101 patre prognatus *scripsi* prognatus *Diomedis edd. uett.* propagatus *e corr.* (*fuerat* propugnatum *ut uid.*) *Ambros.* propugnatus *Diomedis Pariss. A B Monac.* propagatus *ceteri libri* patre gnatus *proposuit Buechelerus* e Ioue prognatus *repudians* tantius *Diomedis Parr. A B Monac.* 102 ortus *om. Diomedis edd. uett.* Pélops, *non* Pelóps *efferendum.* autem *om. Diomedis Parr. A B Monac.* 103 aetreus *Diomedis Par. B* et hereus *Monac.* porro *Bamb. suppl. Argentor.*, *om. ceteri Quintiliani codd.*

propagat *Ambros. m.* 2 *in ras.*, *Monac.* pagens (*om.* genus) *Bamb. suppl.* parauit *Argentor.* 104 enim peroargis *Quintiliani Bamb. suppl.* enim pero argus *Lassberg.* enim peroasgus *Flor.* H

Digitized by Google

Qua pónto ab Helles átque ab Ionió mari
Vrgétur Isthmus.

LVI

Quasi Hélles pontum et claústra . . . . .

LVII

Tántalo prognátus, Pelope nátus, qui quondam á socru
Oénomao rege Híppodameam ráptis nanctust núptiis.

LVIII (13)

'Ob scelera animique ínpotentiam ét superbiloquéntiam

e. q. s. 'seruus est: quinque modios accipit et quinque denarios.' Quintilianus IX 4, 140 'itaque tragoediae, ubi necesse est, adfectamus etiam tumorem ex spondeis atque iambis, quibus' (add. Spaldingius, om. codd.) 'maxime continetur: en impero ... Pelops.' Cicero orat. 49, 163 'uerba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Qua ponto ab Helles superat modum.' Cf. Meinekius Ephem. Marb. 1844 p. 15, Alb. Langius quaest. metr. 30, Bernh. Schmidtius mus. Rhen. XVI 598, meae denique de particulis Latt. symb. p. 36. LVI Varro de l. L. VII 21 'quasi' e. q. s. 'claustra, quod Xerxes quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait: isque Hellesponto pontem contendit in alto; nisi potius ab eo quod Asia et Europa ubi collidit, mare inter angustias facit Propontidis fauces.' (Cassi: Hellespontum O. Muellerus Cassius: Hellespontum Scioppius C. Accius: Hellespontum Canterus Nou. Lect. V 26, Vrsinus. cf. Scaliger Coni. p. 69) LVII Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'aegritudinem ... depellamus ... qualis enim tibi ille uidetur Tantalo' e. q. s 'Iouis iste quidem pronepos. tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit, hospites' e. q. s. [Enn. Thy. VIII] tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Numeros constituit Bentleius, quem tamen sequentia etiam Iouis iste quidem pronepos minus recte poetae dedisse intellexit post Dauisium Wolfius 2. Sumpta fortasse sunt ex Ennii Thyeste. LVIII Cicero Tusc. disp. IV 16, 35 'quam uim mali significantes poetae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera'

---

peroasgus *Goth.* peroargus *Guelf.* Hyperoreogus *Argentor.* Hyperoargus *reliqui* scripta *Quintiliani Argentor.* regna *Seneca, quod immerito tuetur Bernh. Schmidtius* mi *Turnebus* licuit *Quintiliani Bamb. suppl. Lassb. Argent.* 105 ponto Helles *Gud. c Ciceronis* pontus Helles *ceteri Ciceronis libri* 107 ellespontum *Flor.* ad Hellesponti claustra *Scaliger Coni. p.* 69 *Conieci* Quasi Helles pontum claustra dicunt maritima 108 socru *Bentleius* socero *libri* socro *Klotzius* 109 raptis *Gud. Reg. Bern. alii codd. Dauisii* raptus *et supra lin.* ruptis *Rehd.* ractis *Marb.* raptus *Pith. Oxon. unus* raptu *Bentleius* nanctust *Tregderus* nanctus *Gud. Reg.* nactus est *Pith.* nactis *Rehd. m. pr.* uactus *Marb.* nactus *Bruxell. cum ceteris libris* nactu'st *Bentleius* nutis *Reg.*

Digitized by Google

LIX

Mentó summam amnem attíngens, enectús siti

LX (Att. Atr. 3)

Atreus

Proinde íta parent se in uíta, ut uinci nésciant.

LXI (48)

Quándo quidem is se círcumuestit díctis, saepit sédulo.

LXII (68 Enn. inc. fab. 57)

Num nón uis huius me uérsutiloquas málitias —?

e. q. s. Nonius p. 175, 30 'superbiloquentia. Cicero Tusculanarum lib. IIII: animique' e. q. s. LIX Cicero Tusc. disp. I 5, 10 'dic, quaeso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, trauectio Acherontis, mento . . . siti Tantalus?' Non. 401, 26 'summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I: summam . . . Tantalus.' Priscianus IX p. 861 P. (I p. 453 K.) 'necatus a necaui et nectus a necui facit. Horatius . . . enectus arando. Liuius . . . squalore enecti. Cicero Tusculanarum I: enectus siti Tantalus.' LX Cicero Tusc. disp. V 18, 52 'nec putet ad se praeceptum illud Atrei pertinere: proinde' e. q. s. (praeceptum illud antiquum pertinere cod. Vrs.) Attii Atreo tribuit Welckerus LXI Cicero de orat. III 39, 158 (transferuntur uerba) 'aut quo significetur magis res tota siue facti alicuius siue consilii, ut ille, qui occultantem consulto, ne id quod ageretur intellegi posset, duobus translatis uerbis similitudine ipsa indicat: quandoquidem' e. q. s. LXII Cicero de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis ut haec' [Enn. 21] 'annon' e. q. s. 'uidetis enim et uersutiloquas et expectorat ex coniunctione facta esse uerba, non nata.' Deest locus in Erl. a. Idem orat. 49, 164, 'immo uero ista' (sc. uerba bene sonantia) 'sequamur asperitatemque fugiamus [LXXVI] itemque' (sic Ernestius idemque libri): 'uersutiloquas

---

111 amnem *Buechelerus coll. Senecae Thy.* 68. 106 aquam *libri* aqūam *Lachmannus in Lucr. VI* 552 aquam nitenti *Ritschelius opusc. II* 605 (*cf. p.* 581. 600) aquam *glossema esse ipse suspicatus olim* . . mento súmmum laticem *e. q. s. coll. Lucr. VI* 868 *proposueram* attinget *Nonius* enectus siti *optimi libri Ciceronis*, *Priscianus* senectus siti *Nonius* siti enectus *deterr. Ciceronis libri* aquam attingens enectus Tantalus siti *placuit H. Sauppio. Ceterum quod apud Ciceronem sequitur* Tantalus] tantulus *Gud. Reg. Ciceronis*, *Bamb. Halb. Prisciani: cf. Fleckeisenus annall. philoll. LXVI* 207 *dubitari posse monens*, *utrum a poeta in sequentis uersus initio an ab ipso Cicerone additum sit.* 113 is se *ut coniecerat Pearcius*, *Gudd. b c Lagom.* 2 13 32 iste *ceteri libri* saepit] saepe *Abrinc. Erl. b* sedulo] se dolo *Osannus Ephem. Darmst.* 1837 *p.* 59, *Bergkius* 114 num non uis huius me uersutiloquas malitias *Ciceronis libri* (*nisi quod* num uero me uis *Pal.* 9 me huius *Lagom.* 20 me *om. Lagom.* 3 6 15 67 84 uersi-

Digitized by Google

LXIII

Nóstra miseriá tu es magnus . . . .

* * *

Eándem uirtutem ístam ueniet témpus cum grauitér gemes.

* * *

Sí neque leges [té] neque mores cógunt . . . . .

LXIV (Att. Pelop. 8)

'Vbi nec Pelopidárum nomen néc facta aut famam aúdiam.

malitias.' Non. 189, 9 'uersutiloquax. Cicero de oratore lib. III: annon' e. q. s. 'uidetis enim et uersutiloquax et ... esse uerba.' Cf. Attii u. 694. LXIII Cicero ad Att. II 19, 3 'populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est. nam gladiatoribus qua dominus qua aduocati sibilis conscissi: ludis Apollinaribus' (a. 695) 'Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est: nostra' e. q. s. 'miliens coactus est dicere. Eandem' e. q. s. 'totius theatri clamore dixit, itemque cetera. nam eiusmodi sunt ei uersus, ut in tempus ab inimico Pompei scripti esse uideantur. Si neque' e. q. s. 'et cetera magno cum fremitu et clamore sunt dicta. Caesar cum uenisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. huic ita plausum est, ut salua re publica Pompeio plaudi solebat. tulit Caesar grauiter. litterae Capuam ad Pompeium uolare dicebantur. inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant, hostes omnibus.' Valerius Maximus VI 2, 9 'Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum uersum uenisset, in quo haec sententia continetur: miseria nostra magnus est, derectis in Pompeium Magnum manibus pronuntiauit, reuocatusque aliquotiens a populo sine ulla cunctatione nimiae illum et intolerabilis potentiae reum gestu perseueranter egit. eadem petulantia usus est in ea quoque parte: uirtutem istam ... gemes.' Cf. Lipsius Var. Lect. I 11. Parum probabilia disseruit Firnhaberus Philol. VI 372 sq. LXIV Cicero ad fam. VII 30, 1 'hinc ipse euolare cupio et aliquo peruenire, ubi nec Pelopidarum nomen nec facta audiam.' Idem ad fam. VII 28 'pedibus es consecutus ut ibi esses, ubi nec Pelopidarum, nosti cetera.' Idem ad Att. XV 11, 3 'itaque etsi ne antea quidem dubitaui, tamen nunc eo minus, euolare hinc idque quam primum, ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam.' Cf. idem ad Att. IX 10, 2 'dies et noctis tamquam auis illa mare prospecto euolare cupio.' Idem ad Att. XIV

---

tuloquas *Abrinc.* milicias *Erl. b*) annum nouis huius me uersutiloquax malitia *Nonius* non nouisse huius me u. m. *Bothius* anne non nouisti huiusce u. m. *Beierus praef. fragm. Cic. orat. p. XVI* annon nouisti huius u. m.? *olim scripsi* núm neuis huius uers. me malitias fallere? *lusit Kiesslingius* 115 miseria nostra magnus est *Valerius* 116 gemas *Valerii Bern.* 117 te *om. libri* si *mutatum* sic *Ciceroni reddi*, *cetera* néque leges neque móres c. *septenarii hemistichium haberi uult Buechelerus* 119 euolandi *uerbo num poeta usus sit incertum: olim in antecedentis uersiculi clausula* euolem *posueram* *Versum fecit Bothius*, *sed nescio an concinnius sit:* éuolem ubi

Digitized by Google

LXV (35)

Thespróte, si quis sánguine exortám tuo
Prolem ínter aras sácrificas sacram ímmolet,
Quid méritus hic sit, dúbium id an cuiquám fuat?

LXVI (37)

rite Thesprotúm pudet
Atreí, quod ipse a Tántalo ducát genus.

LXVII (31)

'Erras erras: nam éxultantem te ét praefidentém tibi

12, 2 'itaque exire aueo, ubi nec Pelopidarum, inquit.' Idem Phil. XIII 21, 49 'moueri sedibus huic urbi melius est atque in alias, si fieri possit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta nec nomen audiat, quam' e. q. s. Cf. Langius Vind. p. 34. Ascripsi Atreo Attii.

LXV Charisius IV p. 254 P. 'per transitum siue transmutatione personarum, cum a nostra ad alteram transimus et per illam transfigurantes quod uolumus retinemus, ut: Thesprote' e. q. s. 'hic a sua persona' (sua om. cod., addidi: persona ex illo sua natum esse putat Buechelerus) 'in aliam personam transiit, ut argutans per illam ostenderet, quid uellet increpare.' Pelopidis Attii et hoc et sequens fr. inseri uoluit Welckerus. LXVI Charisius IV p. 247 P. 'sarcasmos est allegoriae figura deridendi causa ficta, ut: rite ... genus; per hoc enim uult intellegi, ignobilem esse Thesprotum.' LXVII Cicero de orat. III 41, 166 'nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno uerbo translato, sed ex pluribus continuatis conectitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit [LXXIV]. atque illud: erras erras' e. q. s. 'sumpta re simili uerba eius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur.' Iulius Victor c. 20 p. 252 Or. (rhett. Latt. ed. Halm. p. 432) 'translatio ... ut aliud dicas et aliud intellegendum sit, ut est [LXXIV] et imperii insistent iugo.' Conlatis ex Aeschyli Agam. 1610 H. *τὸν δὲ μὴ πειθάνορα Ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειρα-*

---

nec Pelopidarum facta neque famam audiam 120 thesprothe *Neap.* 121 arass *in fine uersus cod.* aras sacrare sacram *ed. princ.* aras sacram sacrare *Fabricius* aras sacras sacratam *Grotius Bibl. crit. nou. IV* aras sacram sacras *Bothius* aras sacrilega manu *CFW Mueller prosod. Plaut.* 526 122 dubium an *cod.* dubium an id *Bothius* dubiumne id *Grotius* dubiumne ut *Buechelerus. Vide an* dubiumne, ai *scriptum fuerit* fuat *Fabricius olim* fiat *cod.* siet *Fabricius*, *Putschius* quid hic sit meritus, dubium hauquaquam iam fuat *Mueller l. l.* 123 merito *Grotius Bibl. crit. nou. IV p.* 179 pudet *Grotius* pudeat *Neap. et exc. Leid.* 124 Atrei *Buechelerus* rei *Neap. exc. Leid.* generi *conieceram* quod *Neap.* q. *exc. Leid.* ad *exc. Leid.* ducat *Neap.* duci *exc. Leid.* ductat *Bothius* ducit *Keilius* 125 erras *semel om. Erl. Abrinc. Vict. Gudd. a c Lagom. praeter* 17 *omnes* nam et uidente te et praefidente (praesidente *Erl. b*) tibi *Abrinc. Erl. b* nam et uidente et praesidente tibi *Erl. a* uiolentem *in illo* uidente *latere uidetur Buechelero*

Digitized by Google

Répriment ualidae légum habenae atque ímperi insistént iugo.

LXVIII

. . . . quae múlier una
'Vsurpat dupléx cubile

LXIX

huíus, Phere,
Híc cubile iníre est ausus.

LXX

Vírginem me quóndam inuitam pér uim uiolat Iúppiter.

LXXI (38)

'Erebo procreáta fuscis crínibus Nox, te ínuoco.

LXXII (17)

Caelúm nitescere, árbores frondéscere,
Vités laetificae pámpinis pubéscere,
Ramí bacarum ubértate incuruíscere,

φόρον Κριθῶντα πῶλον ex Attii Clutemestra sumpta esse conieci.

LXVIII—LXX Cicero ad fam. IX 22 'placet Stoicis suo quamque rem nomine appellare. sic enim disserunt, nihil esse obscenum, nihil turpe dictu ... itaque non modo in comoediis res ipsa narratur ... sed etiam in tragoediis. quid est enim illud? quae mulier una; quid, inquam, est? usurpat d. c. quid? [LXIX] quid est? [LXX] bene uiolat: atqui idem significat: sed alterum nemo tulisset.' Electrae in Attii Clutemestra matrem obiurgantis uerba haberi possunt fr. LXVIII. Antiopae Pacuuianae tribui fr. LXX. LXXI Pauli Festus p. 83 M. 'Erebum Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos ... Varro uero Erebo natam Noctem ait. unde est et illud: Erebo' e. q. s. Possunt ex Eumenidibus Ennii sumpta esse: cf. Aesch. 321 *μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ Νύξ* et 844. LXXII Cicero Tusc. disp. I 28, 69 'hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore caelum' e. q. s. Idem de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt uel coniungendis uerbis ... uel saepe sine coniunctione uerba nouantur, ut: ille senius, ut: di genita-

---

126 insistant *Lagom*. 4 sistent *malit Kiesslingius* iam perii insistente iugo *Iulii Victorius Rom.* 128 usurpat *margo Cratandri*, *Nobbius* usurpato *Med.* una usurpauit duplex Cubile *coni. Buechelerus* 129 Ferei *Med.* Pheraei *Ernestius* 132 Erebo creata *libri* Erebo, te, creata, *omisso postea* te, *Bothius* 133 *sqq. uersibus praemitti* suo non intermittat tempore *uoluit Hermannus coll. Aesch. Eum.* 894 134 laetificae *probauit Bentleius* laetificare *Reg.* laetiscere *Pal. a* 135 uacarum *Abrinc.* uaccarum *Erl. b de orat.* baccarum *Bamb. Nonii* incuruiscere *Nonius*, *unus Oxon. Tusc.* incur-

Digitized by Google

Segetés largiri frúges, florere ómnia,
Fontés scatere, herbis práta conuestírier.

LXXIII (42)

Téla, famuli, téla propere [férte]! sequitur mé Toas.

LXXIV (30)

néque me patiar
'Iterum ad unum scópulum ut olim clássem Achiuom offéndere.

LXXV

. . . saxea ést uerruca in súmmo montis uértice.

les, ut: bacarum ubertate incuruiscere.' Non. 122, 17 'incuruiscere. Cicero de oratore lib. III: ut bacarum ubertatem incuruiscere. Ita et in Tusculanis lib. I.' Manifesto ad Ennii Eumenides pertinent translata ex Aesch. 903 sqq.:

καὶ ταῦτα γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου
ἐξ οὐρανοῦ τε κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
καρπόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίρρυτον
ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.

LXXIII Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Iahn. (2726 P.) 'tetrametros, qui Latine quadratus nocatur, choriacus talis est: tela' e. q. s. Ad Chrysen Pacuuii rettuli. LXXIV Cic. de or. III 41, 166 (uide LXVII) cf. Iul. Vict. c. 20 p. 252 Or. (432 H.) Incertum utrum ex tragoedia an ex comoedia sumptum sit. Cf. Plauti Most. III 1, 147 Merc. I 2, 84. Terenti Phorm. IV 4, 8; Zenobii prou. III 29 et quos praeterea locos laudant editores Gottingenses. LXXV Quintilianus VIII 3, 48 'deformitati proximum est humilitatis uitium (*ταπείνωσιν* uocant), qua rei

---

uascere *codd. aliq.* incuruesceret *Erl. a de orat.* inturgescere *Gud. b, aliq. Lagom.* incuruescere *libri optimi in Tusc.*, *Erl. b de or.* incurbescere *Abrinc. de or.* 137 prata conuestirier Herbis *Naekius in Valer. Cat. p.* 43 138 tela propere ferte *L. Mueller ann. philoll.* 1868 *p.* 433 tela propere *libri* tela propere, tela *Lipsius apud Scriuerium*, *Naekius Opusc. I* 92 tela, tela propere *Bothius* thoas *Darmst.*

139 patior *Lagom. plerique*, *Vict. Gud. a et b* pati *Buechelerus* 140 iterum *om. Erl. b Abrinc. Lagom.* 2 4 13 32 ad unum *libri ut Plautus Most.* 677. aduncum *olim temere conieceram.* ut olim *scripsi* ut celum *Erl. a* ut telum *Erl. b* et alium *Gud. a* et celum *Lagom.* 4 et coelum *Lagom.* 81 et telum *ceteri* Achiuom *Abrinc. Lagom.* 2 *m. pr.* 13 32 *corr. Gud. c* Achiuum *uel* Achium *ceteri* ad unum scopulum iterum crasse offendere *Iulius Victor. Pentametri trochaici monstrum* néque nunc patiar iterum ad unum sc. aut ocrem classem A. o. *procreauit Bergkius ephem. antiq. XIII* 294 141 saxea est *anecd. Paris.*,

Digitized by Google

LXXVI (67)

Hábeo istanc ego pérterricrepam . . . .

LXXVII

auárum est mulierúm genus.

* * *

auro uéndidit uitám uiri.

LXXVIII

prudens ét sciens

Ad péstem ante oculos pósitam . . . . .

LXXIX

Aegialeúm parit

magnitudo uel dignitas minuitur, ut: saxea' e. q. s. Idem VIII 6, 15 'sunt etiam quaedam et humiles translationes, ut id de quo modo dixi: saxea est uerruca, et sordidae.' Anecd. Paris. Eckstein p. 20, 5 'dignitas minuitur ut saxea' e. q. s. Cf. Cato apud Gellium III 7: haec ipsa Catoni tribuit Fr. Gronouius et ambiguum esse iudicium sentio ut H. Iordanus Cat. rell. p. 18. Cf. Pacuuii Chrys. fr. XII.
LXXVI Cicero orat. 49, 164 'immo uero ista' (uerba bene sonantia) 'sequamur asperitatemque fugiamus: habeo' e. q. s. LXXVII Cicero de inu. I 50, 94 'si, cum totum debebit ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: mulierum genus auarum est, nam Eriphyla auro u. u. u.' Cf. Verrin. IV 18, 39. Latini tragici uerba in his latere uidit Valckenarius Diatr. in Eur. p. 157, qui utrumque uersum coniunxit altero sic conformato: Nam Eriphyle .... auro u. u. u. Quadrat et hoc et sequens fr. ad Epigonos Attii. LXXVIII Cicero ad fam. VI 6, 6 'itaque uel officio uel fama bonorum uel pudore uictus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens ... positam sum profectus.' LXXIX Quintilianus VIII 6, 35 'catachresis, quam recte dicimus abusionem, quae non habentibus nomen suum adcommodat ... et apud tragicos aegialeo paret, at pater.' (trigicos Ambros. m. 1 Bamb. suppl. at pater sunt Argentor. at pater est uulg. Verba et apud tragicos aegialeo etiam 6, 26 post haec 'ab Hannibale caesa' in Ambros. Bamb. suppl. Monac. Argentor. intrusa sunt.)

Quintiliani libri plerique loco posteriore, *Aldus* saxa est *Monac. Bamb. m.* 2 *Tur. loco posteriore* saxum est *Ambros. loco post.* ex ea est *Quintiliani loco priore Bamb. suppl. Argentor. Tur. Flor. m. pr. Guelf.* exeat *Flor. m. alt. Monac. Ambros. m.* 2 ex ea *Ambros. m.* 1 ea est *Goth. Voss. b priore loco* ueruca *Quintiliani Bamb. suppl. Monac. Argentor.* uerruga *anecd. Par.* uerticae *anecd. Par.*
142 istam *libri* *De anapaestis* habeo istam echo p. *cogitauit Buechelerus: pro illo* habeo *poterat* pauco *ponere.* 143 auarum est mulierum genus *Valckenarius* mulierum genus auarum est *Cicero*
144 uitam uendidit uiri *Angelom.* uitam uiri uendidit *Tross.* uiri uitam uendidit *celeri libri* 145 *Malim* prudens sciens *ut Ter. eunuch.* 72
146[1] aegialeo (aialeo *Monac.*) paret *Ambros. Monac. Bamb. suppl.*

Digitized by Google

LXXX (8)

Némo pius est, quí pietatem . . . .

LXXXI

Réligentem esse [téd] oportet, réligiosus né fuas.

LXXXII

. . . . uís, quae summas frángit infirmátque opes.

LXXXIII

. . . . . si quis me uídeat, [ita] dicát [sibi]:
Ní mirum hic ille ést uir talis tántis opibus praépotens?
'Vbi nunc [est] secúndis rebus ádiutrix . . . .?

LXXXIV

Lítus atque áër, et sólitudó mera

LXXX Cicero de fin. II 22, 71 'nam nec uir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. nosti credo illud: nemo' e. q. s. 'caue putes quicquam esse uerius. nec enim, dum metuit, iustus est, et certe, si metuere destiterit, non erit.' LXXXI Gellius IV 9 'Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, iuxta M. Varronem doctissimus, in undecimo commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo carmine refert memoria hercle dignum: religentem' e. q. s. 'cuius autem id carmen sit, non scribit.' Non confidenter me huius uersiculi originem a scaena potissimum repetere non est ut moneam. LXXXII Cicero pro Rabirio Post. 10, 28 'ergo aderat uis, ut ait poeta ille noster, quae summas' e. q. s. LXXXIII Charisius V p. 252 P. 'per ethologiam, ut: si quis me uideat' e. q. s. LXXXIV Cicero ad Att. I 18 'nihil mihi nunc scito tam desse

---

etiam leo paret *Argentor.* et iam leo pariet *uulg.* Aeeta Aegialeum parit *cum admonitione Quintiliani* at est pater *scriptum fuisse*, *laudari autem Pacuuii Medum coniecit Halmius.* Aeeta *nomen in* at *uocula latere uidetur et sequentis uersus initio positum fuisse.* 147 pietate *Erl. Spir.* pietatem colet *deteriores libri* pietatem colit infortuni metu *Bothius* 148 ted esse *M. Hertzius rament. Gell.* (1868) *p.* 9 *et Fleckeisenus annall. philoll.* 1868 *p.* 416 esse *libri* religiosus ne fuas *Fleckeisenus l. l.* religiosus nefas *libri* religiosum nefas *edd. uett.*, *unde profectus ipse olim* at religiosumst nefas *scripsi*, *M. Hertzius nuper l. l.* set religiosum nefas *proposuit.* 150 *Secutus nunc sum in dimetiendis uersibus Keilium*, *cum olim integros tres senarios exhibuissem* ita *et* sibi *supplementa Keilii* 151 ille est uir talis *scripsi: cf.* 93 est ille talis uir *cod.* est ille uir talis *Keilius* est ille talis, *om.* uir, *Buechelerus* uir ille talis *in senarii principio CFW Mueller prosod. Plaut.* 426 152 est *suppl. Keilius* *In cod. post* adiutrix *uocabulum fuit*, *cuius prima littera* p, *pro qua* fo *etiam legi posse adnotauit Keilius*, *qui* potentia *suppleuit: melius* pollentia *placeret;* formositas *prop. Buechelerus* adiutrix fortuna *Fabricius:* fortuna adiutrix tua *conicicbam* 153 mera *uulgo* mea *Med.*, *om. Rom.*

LXXXV

. . . . férrum aes argentum aúrum penitus ábditum

LXXXVI

155 Prius úndis flamma

LXXXVII (Enn. Med. 8)

156 157 'Animum aduorte ac dícto pare!

* * *

Praetér rogitatum si hísces

quam hominem eum, quocum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, una communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego ex animo' (ex animo H. A. Kochius, etiam cod. ex animi sententia ipse conieceram) 'loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. abest enim frater ἀφελέστατος et amantissimus mei: alius non homo, sed litus' e. q. s. (mei: alius scripsi metellus libri meus A. Augustinus mei Malaspina mei. solus sum Peerlkampus. non homo fortasse nemo corrigendum. Poetae uerba, quae post me ipse quoque agnouit, Peerlkampus ab his nón homo est, sed incipi uoluit.) Prometheus apud Attium sic loqui potuit. LXXXV Cicero de off. II 4, 13 'eademque ratione nec lapides ex terra exciderentur ad usum nostrum necessarii, nec ferrum aes aurum argentum ecfoderetur penitus abditum sine hominum labore et manu.' (aes aurum argentum Bamb. Wuerzeb. Bernn. bc aes argentum aurum, sed signis transpositionis eadem m. add. Bern. a aurum aes argentum Bern. e Rom.) Idem de nat. deor. II 60, 151 'nos e terrae cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam; nos aeris argenti auri uenas penitus abditas inuenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras.' Vnde uersus particulam elicuit post Gruterum Langius Vind. p. 36, qui comparatis ex Aeschyli Prometheo u. 500 sqq. ἔνερθε δὲ χθονός Κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα Χαλκὸν σίδηρον ἄργυρον χρυσόν τε κ. τ. λ. Attii Prometheo nostra tribuit. LXXXVI Cicero Phil. XIII 21, 49 'prius undis flamma, ut ait poeta nescio quis, prius denique omnia, quam aut cum Antoniis res publica aut cum re publica Antonii redeant in gratiam.' Cf. Augusti dictum apud Cassium Dionem LV 13 θᾶσσον .. πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι. LXXXVII Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec imperia: animum aduorte ac dicto pare; et [158] et illae minae [Enn. Med. VII].' Ad Ennii Medeam haec quoque referri posse monuit Scaliger Coni. p. 60: cf. Eurip. 274. 321

---

154 aurum *uulgo om.* 155 undis flamma *recentiores libri Ferrarii*, undas flammam *libri plerique* undas flammamque *edd. uet.* cum undis flamma *Gryph.* 156 *sq.* animaduerte ac dicto (*uel* addicto) pare *libri* animum aduorte et dicto pare *Scaliger Coni. p.* 60
158 si hisces *scripsi* si pie *uel* piae *Monac. Vindobb. uterque*, *Oxonn.* 4 sit pie *Salisb. Glor. Oxonn. Tψ* si quippiam *Ascensiana* si quid *Halmius* si querare *Iuntina Orellii* si loquare *ex Hotomani cod. suspecto Lambinus* ne querare *Scaliger* *Vno uersu* ánimum a. ac d. p. et praeter rogitatum sile *Buechelerus*

LXXXVIII

Pereánt amici, dum ínimici una intércidant!

LXXXIX

Quám magis aerumna úrget, tam magis ád male faciendúm uiget

XC

Qui ésse uolt quod uólt, ei ita dat sé res, ut operám dabit.

XCI

Míseri sunt qui uxóres ducunt. — 'At tu duxisti álteram.

LXXXVIII Cicero pro rege Deiotaro 9, 25 'de Domitio dixit uersum Graecum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum: pereant' e. q. s. . . . 'uersus immanis.' Augustinus contra Faustum 16 'sicut est illa notissima et quarundam litterarum memoriae commendata furiosa sententia: pereant' e. q. s. Medeae Ennii conuenire sensit Ladeuicus anal. scen. p. 17: cf. Eurip. 816 sqq. Verum propius abesse alia monui in quaest. scen. p. 251, maxime adesp. trag. 294 N. ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ (cf. 244 N.) LXXXIX Quintilianus IX 3, 15 'alia commendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit: uel cum se pauidum contra mea iurgia iactat: Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat. Quorum similia apud ueteres tragicos comicosque sunt plurima. Illud et in consuetudine remansit: enimuero. His amplius apud eundem: nam quis te iuuenum confidentissime; quo sermonis initium fit et: tam magis illa tremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae. quod est uersum ex illo: quam magis' e. q. s. 'pleni talibus antiqui sunt. initio Eunuchi Terentius . . . ex Graeco uero translata uel Sallusti plurima.' Ex uetere tragoedia sumpta esse nostra coniecerunt Regius et Muretus Var. Lect. XIX 2, quibus frustra aduersatur Spaldingius: posse ad Ennii Medeam referri coll. Eurip. 364 dixi. XC Cicero de nat. deor. III 26, 66 '[Enn. Med. VIII] parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? illud uero quam callida ratione! Qui uolt' e. q. s. 'qui est uersus omnium seminator malorum. [Enn. Med. IX] . . . atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [XCIII]. huic, ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.' Ab Ennio in Medea inter fr. VIII et IX hunc u. insertum esse conieci. XCI Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, cum uel in alium uel in eum ipsum, qui dicit quod in aduersarium dicitur, potest conuenire, hoc modo: miseri' e. q. s. Posse haec in altercatione Iasonis et Medeae in fabula

---

159 una inimici *libri deteriores* intereant *eidem* 160 uiget] iuget *Tur.* urget *Flor.* animus *supplendum uidetur* 161 esse uolt quod uolt, ei *scripsi* uolt esse quod uolt *Palat. Vindob., quod cum Vahleno* (*Enn. trag. u.* 306) *tuentur Geppertus l. l.* 114 *et CFW Mueller l. l.* 303 uolt quod uolt *Leidd. ABC Erl.* qui uolt quod uolt ita dabit sese res *Halmius* qui uolt esse quod uólt, ita dant se rés ei *olim edideram, cum et uariari accentum uerbi* uolt *cuperem et datiuo* ei *aegre carerem. Cf. Ter. hec.* 380 162 qui] si *Par. m. pr. Erf.* *Personas distinxit Lambinus*

Digitized by Google

XCII (63. 64)

Auricomus Colcorum . . . .
Finís frugifera et éfferta arua Asiaé tenet

XCIII (Enn. Med. 15)

posquám pater
Adpropinquat iámque paene ut cómprehendatúr parat,
Púerum interea optrúncat membraque árticulatim díuidit,
Pérque agros passím dispergit córpus: id ea grátia,
Vt, dum nati díssupatos ártus captarét parens,
Ipsa interea effúgeret, illum ut maéror tardarét sequi,
Síbi salutem ut fámiliari páreret parricídio.

XCIV

Nón commemoro quód draconis saéui sopiui ímpetum,

Enniana locum habuisse suspicatus sum. XCII Cicero orat. 49, 163 'uerba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Qua Ponto ab Helles — superat modum, at: auricomus Colchorum splendidis nominibus inluminatus est uersus, sed proximus inquinatus insuauissima littera: finis frugifera' e. q. s. (Sic enim secundum Viteb. Eins. Mon. O. Iahnius et Lachmannus in Lucr. VI 258. insuauissima litera finitus frugifera ceteri libri) XCIII Cicero de nat. deor. III 26, 67 (uide XC) XCIV Charisius V p. 252 P. 'per paralipsim, cum uolumus negantes aliquid indicare, tamquam: non commemoro' e. q. s. Idem V p. 253 P. 'negando cum quid negantes uolumus indicare atque improperantes beneficia, quae audiens cognoscat*' (infinitiuum excidisse statuit Keilius) 'non memoro' e. q. s. Medea dixit fortasse in Ennii fabula, Euripidis sunt u. 476

ἔσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
ταὐτὸν ξυνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,
πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην
ζεύγλαισι καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην.
δράκοντά τε κ. τ. λ.

---

163 auricomus colcorum *scripsi* (aries *uel sequi uel inseri potuit*) auricos locorum *Gudd. a c* tauricos locorum *Gud. b, ed. Rom.* alles boleorum *Erl. b, similiter ceteri* (*latet* aries *in illo*) auratus aries Colchorum *ed. Norimb., Lachmannus in Lucr. VI* 258 Tmolus (Timolus *Klotzius*) auri fons liquorum *idem in O. Iahnii editione et Klotzius* Tmolo auri fons liquorum *O. Iahnius* auri colos liquorum *auriferum flumen ut Pactolum intellegens Buechelerus* et qua Lydiae *exempli causa addidit Lachmannus in Lucr. VI* 258 exoritur, Lydiae *O. Iahnius* 164 efferta *Lachmannus in Lucr. l. l.* (*nisi* ecferta *praestat*) ferta *libri* Asiae *Erl. b* Asia *Viteb. Eins. Mon. Gudd. a b, ed. Rom.* Asias *Gryph.*

165 posquam *Leid. A* postquam *ceteri* 168 perque *corr. ex* peraque *Vind.* parque *Erl.* 169 disputatos *Leid. C* dissipatos *ceteri* aptaret *Kiesslingius: conici etiam* artaret *possit* 172 non

Digitized by Google

Nón quod domui uím taurorum et ségetis armataé manus.

XCV (Pac. Med. 6)

Medea

cóniugem
Illum, Amor quem déderat, qui plus póllet potiorque ést patre.

XCVI (Att. Arm. iud. 16)

nequeo . . .
Qua caúsa accusem hunc, éxputando euóluere.
Nam sí ueretur, quíd eum accuses, qui ést probus?

XCV Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? [Enn. Med. XI] quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet se coniugem habuisse [175].' Ad Pacuuii Medum olim reuocauerunt. XCVI Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est, ipsum sibi in sua oratione dissentire et contra atque ante dixerit dicere, hoc modo [XCVI]. Non incommoda ratione uidetur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid? postea quid ait? [XCVII]' Cicero de inu. I 45, 83 'aut conuersione aut alterius partis infirmatione' (reprehenditur falsa complexio) 'hoc modo: [178—180] Hic siue uereri dixeris siue non uereri, concedendum hoc putat, ut neges esse accusandum. Quod conuersione sic reprehendetur: immo uero accusandus est. nam si ueretur, accuses: non enim parui auditū aestimabit. sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accuses: non

---

memoro *cod. p.* 253 draconis saeui sopiui impetum *Fabricius*, *Putschius* draconis saeui sopiuit impetum *cod. p.* 253 latroni statui oppressi *cod. p.* 252, *unde diuersa haec ab illis putans* draconis taetri oppressi impetum *Lindemannus* 173 non quod domui uim taurorum *Lindemannus ad p.* 252 et domus ista uirorum *cod. p.* 252 non quod domauit uiros *cod. p.* 253, *unde hic* uirorum *Lindemannus* non uros quod domaui *Scriuerius* armata *cod. p.* 252 175 haec *corr. m. eadem in* est *Gud.* 176 *sq.* nequeo . . . (*uel* non queo) Qua causa accusem hunc *scripsi* qua causā accusem hunc nequeo mecum id *Bamb. b in mg.* qua causa accusem causā hunc cū id *Wuerzb.* qua causa accusem hunc tum id *ceteri libri*, *nisi quod* caus *Tur.* quare accusem hunc, nequeo *Lambinus* exputando *Par. m. pr. Wuerzb.* exponendo uel exputando *Fris. m. rec.* disputando uel exputando *Tross.* disputando *Par. corr. Bamb. b in mg.* exponendo *Erf.* disponendo *Bamb. a Fris.* uoluere *Wuerzb.* *Haec tantum* qua causa accusem hunc *poetae tribuens deinde* tum id exputando euoluere *a rhetore interposita esse statuit Kayserus.* qua causa accusem, me exputando euoluere? *om.* nequeo *Sauppius ind. scholl. Gotting.* 1867/8 *p.* 13 178 eum *libri plerique* enim *Par. m. pr. Wuerzb. altero loco* eum *Tur. loco priore* accuses *Erf. Wuerzb. Bamb. a corr. loco priore*,

Sin ínuerecundum ánimi ingenium póssidet,
Quid aútem accuses qui íd parui auditum aéstimet?

XCVII (Att. Arm. iud. 17 inc. auct. 2)

Nunc égo te ab summo iám detexam exórdio.

XCVIII (43)

Axéna Ponti per fréta Colchos deníque delatus adhaési.

XCIX (44)

Oré beato lumíne uolitans, qui pér caelum candídus equitas!

enim probus est.' Iulius Victor c. 12 p. 235 Or. (rhett. Latt. ed. Halm. p. 414) 'conuersione hoc modo: [178—180].' Secuntur eadem fere uerba quae apud Ciceronem leguntur. Victorinus explan. p. 253, 12 H. 'si ueretur, quid accuses qui probus est? si non ueretur, quid accuses qui id parui auditu aestimat?' e. q. s. XCVII Rhet. ad Herenn. l. supra l. XCVIII XCIX Censorinus fragm. c. 14 p. 96 Iahn. (2726 P.) 'Aristophanius anapaestus [XCVIII] recipit pedes quaternorum temporum omnis, inplet pedes septem et semipedem. Anapaestus octonarius [XCIX] recipit eosdem pedes praeter semipedem.' Vtrumque exemplum confictum esse decreuit L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 433. Prius Medo Pacuuii tribuit Welckerus, nec alterum aut ab hac fabula aut ab Attii Prometheo (cf. Aeschyli u. 91) alienum habui.

Par. Angelom. Tur. Tross. Erlang. Wuerzb. altero, nisi quod accusses *Par.*, ac^c^uses *Wuerzb., item Iulius Victor et Victorinus.* accusem *ceteri* qui] quod *Tross. loco priore* 179 sinuerecundum *Erf. Par. loco priore* si inuerecundum *Bamb. a Fris. Tur. loco priore, Par. Angelom. Tur. Tross. altero, Iulius Victor* 180 quid autem accuses *Wuerzb. priore loco, Kayserus.* quid ///// accuses *Erl. de inu.* quid autem eum accuses *Par. m. pr. loco pr.* quid eum accuses *Erf. Bamb. a corr. loco priore, Par. Angelom. Tur. Tross. Wuerzb. altero, Iulius Victor* quid accuses *Victorinus* quid accusem eum *Fris. Tur. Tross. loco priore* quid eum accusem *ceteri* quid tu eum accuses *Sauppius* quid tandem eum accuses *olim temptaueram.* qui id *libri plerique* quid *Par. m. pr. Wuerzb. utroque loco* cum id *Tross. loco priore* qui *Erl. de inu., Victorinus* id qui *Bothius* auditum *Erf. Par. loco priore, Tur. utroque, Victorini Fris., probauit Fleckeisenus et Halmius anal. Tull. I* 18 auditu *ceteri* aestimet *Par. Angelom. Tur. altero loco, Iulius Victor* aestimat *Victorinus* estimet *Tross. priore loco, Erl. Wuerzb. de inu.* existimes *idem pr. l.* existimet *ceteri* 181 ego *om. Tross.* iam *om. Tur.* detexam ordine exordio *Bamb. b m. pr.* 182 fer *Darmst. Vatic.* cholcos *Vatic. Darmst.* (*teste Vrlichsio mus. Rhen. XXII* 471) 183 ore *libri* Hore *Bothius, et sane* Orus *inuocatur pro Apolline.* orte *Lachmannus* clare *Buechelerus: recte idem conl. Ciceronis Arat.* 180 uolitans *ad antecedentia reuocauit.*

Digitized by Google

C

. . . o domus ántiqua, heu quam díspari
Domináre domino!

CI (26)

Cum te éxpetebant ómnes florentíssimo
Regnó, reliqui: núnç desertum ab ómnibus
Summó periclo sóla ut restituám paro.

CII (16)

Refúgere oculi: córpus macie extábuit:
Lacrimaé peredere úmore exanguís genas:

C Cicero de off. I 39, 139 'aliter ampla domus dedecori saepe domino fit, si est in ea solitudo, et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. odiosum est enim, cum a praetereuntibus dicitur: o domus' e. q. s. 'quod quidem his temporibus in multis licet dicere.' Idem Phil. II 41, 104 'o tecta ipsa misera quam dispari domino! quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quam ab dispari tenebantur!' CI Rhet. ad Herenn. II 25, 40 'item uitiosum est, cum id quod in aperto delicto positum est tamen aliqua tegitur defensione, hoc modo: cum te' e. q. s. Cicero de inu. I 48, 90 'leue est quod ... perspicue turpem rem leui tegere uult defensione, hoc modo: cum te' e. q. s. Medeae in Pacuuii Medo uerba agnouit Ladeuicus anal. scen. p. 17 CII Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'quid? illum filium Solis nonne patris ipsius luce indignum putas? refugere' e. q. s. 'haec mala, o stultissime Aceta, ipse tibi addidisti: non inerant in eis, quae tibi casus inuexerat: et quidem inueterato malo, cum tumor animi resedisset ... sed maeres uidelicet regni desiderio, non filiae. illam enim oderas et iure fortasse: regno non aequo animo carebas.' Medo Pacuuii reddidit Welckerus.

184 heu *om. Oehl. Bambb. a b Goth. Gudd. c d* et *Bernn. a b c d Gud. a Bamb. Wuerzb.* et heu *alii* dispare *Gud. c* a dispari *Gud. d* 185 dominaris domino *Gudd. b d* domino dominare *Gud. c* domino dominaris *Gud. e* donare domino *Wuerzb.* 186 expectabam *Par. m. pr.* expectabant *Bamb. a Fris. Tross. priore loco* exspectabant *Tur. altero* 187 in regno *Tross. priore loco* desertus *Par. m. pr.* es desertus *Bamb. a Fris. Tur.* desertus es *Tross.* cum desertus es *Par. corr. Bamb. b priore loco* 188 periclo *Lambinus* periculo *libri utroque loco* sola *Par. altero loco, m. pr. priore* solamen *Bamb. b priore loco* solum *Tur. altero supra uersum* solus *ceteri* ut *om. Par. Bamb. a Fris. Tross. priore loco* restitutio paro *Par. m. pr.* restitutionem paro *Par. corr. Bamb. a Fris. Tross.* restituere comparo *Emmer. Erf. priore loco* 189 extabunt *Reg.* (*littera* n *expuncta*) extabant *Gud.* 190 umorem *Reg. Pith.* humorem *Gud. Brux.* exanguis *Gud.* exangues *Reg. Pith. cum ceteris*

Digitized by Google

Situm ínter oris bárba pedore hórrida
Intónsa infuscat péctus inluuié scabrum.

CIII

Meminístin te spondére mihi gnatám tuam?

CIV

Quae quám sint cara póst carendo intéllegunt,
Quamque áttinendi mágni dominatús sient.

CV

Rapiúnt per undas cúrrus suspensós equi

CIII Varro de l. L. VI 72 'sic despondisse animum quoque dicitur ut despondisse filiam, quod suae spontis statuerat finem; a qua sponte dicere, respondere quoque dixerunt, quom ad spontem responderent, id est ad uoluntatem rogationis. itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet: ut non spondet ille statim, qui dixit spondeo, si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Itaque is qui dicit in tragoedia: meministin' e. q. s. 'quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu.' (itaque is qui Spengelius de Varr. l. l. 32 ita quisqui Flor. itaque qui Goth. Haun. itaque quis qui Par. a itaque quisquis ceteri libri itaque quoi quis O. Muellerus itaque siquis Lachmannus mus. Rhen. 1839 p. 119.) Potuit haec in Attii Andromeda Perseus dicere, uel in Hermiona Pacuuii Neoptolemus Menelao, quod tamen minus probabile. CIV Cicero Orat. 47, 157 'quid? quod sic loqui: nosse iudicasse, uetant; nouisse iubent et iudicauisse? . . . itaque utrumque Terentius . . . siet plenum est: sit imminutum: licet utare utroque. ergo ibidem [194. 195].' CV Cicero Tusc. disp. II 27, 67 'ut enim si cui nauiganti, praedones si insequantur, deus qui dixerit: eice te de naui, praesto est qui excipiat uel delphinus . . . uel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus suspensos

---

191 situm inter oris *Lachmannus in Lucr. II* 118 situ intoris *Mon. b* situ nitoris *optimi libri* situ mucoris *uel* s. indecoris *uel* s. uictoris *ceteri Oxonn.* situ nidoris *alii* situ liuentes *in 'libris mysticis' Turnebi Aduers. XXVI* 6 *et cod. Vrsini* titinnit auris *Bentleius* situst in ore *Dauisius* situm uide oris *Bothius* pedore *Gud. Reg. Pith.*, *quam scripturam tuetur Fleckeisenus annall.* 1861 *p.* 574 horrida atque *libri*, *nisi quod* adque *Gud. m. pr. Deleuit* atque *Bothius*, *probauit autem uersum hypermetrum Lachmannus l. l.* 192 inluuiae *Gud.* illuuie *ceteri* 193 meministin *uulgo* meministi *Haun.* meministine *ceteri libri* spondere *Lachmannus Mus. Rhen.* 1839 *p.* 119 despondere *libri*, *quod qui seruare uolet aut lacuna interposita* méministin te despondere . . mihi g. t. *scribendum aut sic* méministine desp. te mihi g. t. *transponendum est.* gnatam *uulgo* agnatam *Flor. Goth.* cognatam *Haun.* cognatum *Parr. a b* 194 quae quam sint cara] quam cara sint quae (*uel* que) *libri*, *Lachmannus* carenda *Lachmannus* 196 *ludi causa effinxi ex Ciceronis uerbis: sequentis uersus initio* Neptunii *fuisse potest* cursus *Gud. m. pr.*

Digitized by Google

CVI

Siue ísta uirtus seú latrociniúm [fuit],
Horréndum miserandum ínpium esse clámitant,
Quod éxpulisti saúcios patrió lare.

CVII

Eám, quam nihil accúsas, damnas: béne quam meritam esse aútumas,
Dícis male meréri.

CVIII

Id quód scis prodest níhil, id quod nescís obest.

CIX

Mors mísera non est, áditus ad mortem ést miser.

rapuisse dicuntur, excipient te et quo uelis perferent, omnem omittat timorem: sic' e. q. s. Fortasse Oenomaum Attii tetigit Cicero.

CVI Charisius V p. 254 P. 'per epitropen: siue ista' e. q. s. 'de nomine disceptatio est, cum res sit palam. hic aduersariis permittimus, quo uelint pacto nomen imponere, ut de eo potius quam de re ipsa dubitare uideamur.' CVII Cicero orat. 49, 166 'ut ... intellegamus non quaesitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis, ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio, sed etiam uersus efficitur: eam ... damnas. condemnas diceret, qui uersum effugere uellet. bene ... mereri. [CVIII]. Versum efficit ipsa relatio contrariorum; id esset in oratione numerosum: quod scis, nihil prodest, quod nescis, multum obest.' Ceterum etiam haec numerosa nobis senarium sonant quamuis non numerosum: ergo id quod scis et id quod nescis a Cicerone scriptum fuisse puto. Idem Top. 13, 55 'eius generis' (sc. enthymematum) 'haec sunt: [CX CVII CVIII].' Cf. Boëthius Comm. in Top. p. 365 Or. Fr. CVII non alienum esse ab Attianae Amfitruonis argumento monui. CVIII Cicero orat. 49, 166 Top. 13, 55 (uide CVII) cf. Boëthius l. l. Posse haec in Pacuuii Antiopa Setum Amphioni obiecisse uideri olim dixi. CIX Quintilianus VIII 5, 6 'illud notabile ex diuersis' (sc. sententiam poni): 'mors' e. q. s. 'ac rectae quidem sunt tales: tam dest auaro quod habet, quam quod non habet.

---

197 siue ista uirtus seu *Keilius*, *postquam* siue ista uirtust seu *inueneram*. siue ita uirtus siue *cod.* latrocinium *Keilius* ita patrocinium *cod.* fuit *Keilius*, *om. cod.* 198 horridum *in exitu uersus prioris scripseram* miserandum *Keilius* miseranda *cod.* inpium esse *scripsi* fia (*uel* fiu) ēē *cod.* siue est *ed. pr.* fuisse *Keilius* infandum esse *Buechelerus* esse factum *spreui* horrendum factum et miserandum esse *L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 505 clamitant *Keilius* clamitas *cod.* calamitas *ed. pr.* 199 *Quatuor pedum ab initio lacunam statuit Keilius* insonti quod *ed. pr.* extulisti *cod.* extudisti *L. Mueller* 202 nil *Lachmannus cf. idem ad Lucr. I* 159
prodest; nihil id ... obest? *Orellius secundum Boëthium. Multo magis quam quod supra dedi placet quod Kiesslingius flagitat* quod scis nil prodest, id quod nescis múltum obest

Digitized by Google

CX

Hoc métuere, alterum ín metu non pónere.

CXI (24)

. . . umbris ócculuntur párietum.

* * *

Nihil hórum similest ápud Lacaenas uírgines,
Quibus mágis palaestra Euróta sol puluís labor
Milítia studio est quám fertilitas bárbara.

CXII

Vt múltus e uiscéribus sanguis éxeat.

CXIII

Vós enim iuuenes ánimum geritis múliebrem, illa uirgó uiri.

Sed maiorem uim accipiunt e mutatione figurae, ut: usque adeone mori miserum est? acrius hoc enim, quam per se: mors misera non est.' (Deest locus in Ambros. et Bamb.) Lactantius diu. inst. III 17 'nec frustra dictum est: mors' e. q. s. 'hoc est: morbo tabescere, ictum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus bestiarum laniari.' Publilii Syri non esse Woelfflinus quoque (Publilii Syri sententiae. prolegg. p. 45) sentit. CX Cicero ad Att. XII 51 'de Caerellia quid tibi placeret Tiro mihi narrauit: debere non esse dignitatis meae: perscriptionem tibi placere: hoc metuere' e. q. s. 'sed et haec et multa alia coram.' Ibidem XIV 21, 3 'mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. acta enim illa res est animo uirili, consilio puerili. quis enim hoc non uidit, regni heredem relictum? quid autem absurdius? hoc metuere' e. q. s. Idem Top. 13, 55 (uide CVII) cf. Boëthius l. l.

CXI Cicero Tusc. disp. II 15, 36 'itaque illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuuenum firmari labore uoluerunt. Quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt, quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Illi autem uoluerunt nihil horum simile esse apud Lacaenas' e. q. s. Versuum 206—208 indicium primus fecit Scaliger Coni. p. 67. Ex Meleagro Attii uidentur sumpta esse. CXII Cicero Tusc. disp. II 14, 34 'itemque Lycurgi' (sc. leges) 'laboribus erudiunt iuuentutem . . . Spartae uero pueri ad aram sic uerberibus accipiuntur, ut multus' e. q. s. Versu tragico Ciceronem uti animaduertit Lachmannus in Lucr. V 993

CXIII Cicero de off. I 18, 61 'intellegendum autem est, cum proposita

---

204 hunc *libri in Top. exceptis Vitcb. Eins. et altero apud Lambinum* 205 parietum umbris occuluntur *Cicero* 206 simile apud *Scaliger* 207 palaestra Eurota] *cf. Lachmannus in Lucr. IV* 1169 Eurotas *Wesenbergius* 208 militiae *Bouherius et Wesenbergius* militiae et *Seyffertus* duritia *Bentleius* studio *Lambinus cum Oxonn. aliquot, si fides collatoribus.* in studio *ceteri libri, de qua scriptura cf. Lachmannus in Lucr. IV* 283 facilitas *Leid. Oxon. unus* futilitas *Bentleius* 209 multis *Bruxell.* 210 *Septenarium restituit Lachmannus in Lucr. IV* 211 etenim *Bern. a*

Digitized by Google

CXIV

. . tantum gaúdium oboriri éx tumultu máximo!

CXV

Cúr fugit fratrém? scit ipse

CXVI

213[1] uas' argénteis

*

palmi' crínibus

*

Técti' fractis

CXVII

214 Páter inquam, hospités, pater me lúmine orbauít, pater.

sint genera quattuor, e quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum uideri, quod animo magno elatoque humanasque res despiciente factum sit. Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: uos enim' e. q. s. 'et si quid eiusmodi: Salmacida' e. q. s. Coniectura Meleagro Attii tribui CXIV Festus p. 190 M. 'oboritur adnascitur: nam praepositionem ob pro ad solitam poni testis hic uersus: tantum' e. q. s. 'et Ennius: ob Romam' e. q. s. CXV Seneca controu. I 1 p. 65, 19 B. 'colorem ex altera parte quae durior est Latro aiebat hunc sequendum, ut grauissimarum iniuriarum inexorabilia et ardentia induceremus odia. Thyesteo more aiebat patrem non irasci tantum debere, sed furere. ipse in declamatione usus est summis clamoribus illo uersu tragico: cur' e. q. s. Vario Thyestae tribuit Buechelerus. CXVI Cic. or. 45, 153 'sed quid ego uocales? sine uocalibus saepe breuitatis causa contrahebant, ut ita dicerent: multi modis' (cf. Pac. 307), 'uas argenteis, palm et crinibus, tecti fractis.' Ennii uel Naeuii haec esse suspicatur Buechelerus de lat. decl. 66. CXVII Charisius V p. 250 P. 'epanalepsis est, cum eadem dictio in principio uersus et in clausula ponitur, ut: pater inquam' e. q. s. Diomedes p. 440 P. 'epanalepsis ... pater inquam me' e. q. s. Claudius Sacerdos I p. 35 Endl. 'epanalempsis fit hoc modo: idem uerbum ponitur in clausula, quod in principio dictionis, ut: pater inquam me' e. q. s. Phoenicis Enniani querellae possunt esse.

animos geritis muliebres *Ochl. Gudd. c e Bern. d* ea *Geppertus l. l.* 112 uirago *deteriores* 211 gaudium mi oboriri *O. Muellerus Expleri poterat uersus sic:* tántum nunc oboríri gaudium, *uel si datiuum requiris*, tántum gaudium óboriri illis 212 fugit *Buechelerus* fugis *libri* 213[2] palm et crinibus *codd.* passi' crinibus *Lambinus; immo* palmi' crinibus *scribendum*, *cf. Eur. Hecub.* 815 καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι. 214 hospites, pater me *scripsi* hospitis me *Claudius* me *Charisius et Diomedes* pater *exitus uersus num in Charisii cod. extiterit incertum: nunc non apparet*

Digitized by Google

CXVIII (40)

Sed iám se caelo cédens Aurora óbstinet
Suúm patrem.

CXIX (53)

Libér, qui augusta haec lóca Cithaeronís colis

CXX

Rápite agité ruite céleripedes!

CXXI

Iouís sacratum iús iurandum ságmine

CXXII

fróndem ac flores áddidit,
Non lánas, sed uelátas frondentí comas

CXXIII (23)

[Atós] in cornuátam tauram umbrám iacit.

CXVIII Festus p. 197 M. 'obstinet dicebant antiqui, quod nunc est ostendit, ut in ueteribus carminibus: sed iam' e. q. s. CXIX Apuleius Florid. XVIII 'ut ille tragicus, qui in theatro dici facit: Liber' e. q. s. De Bacchis in Pacuuii Antiopa cogitaui. CXX Censorinus fragm. c. 15 p. 98 Iahn. (2727 P.) 'pyrrichius: rapite' e. q. s. Cf. Pacuui inc. fab. IV. CXXI Festus p. 321 M. 'sagmina uocantur uerbenae, id est herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur — — uel a sanciendo, id est confirmando. Naeuius: ius sacratum Iouis iurandum sagmine.' Paulus p. 320 M. 'sagmina dicebant herbas uerbenas, quia ex loco sancto arcebantur ... uel a sanciendo, id est confirmando. Naeuius: scopas atque uerbenas sagmina sumpserunt.' Vnde nostri uersus auctorem incertum fieri intellexit O. Muellerus, idem senarii numeros restituit. Nugatur autem Klussmannus p. 75

CXXII CXXIII Varro de l. L. VII 24 'dictas apparet infulatas hostias, quod uelamenta, his e lana quae adduntur, infulae. itaque tum quod ad sepulcrum ferunt: frondem' e. q. s. '[CXXIII] dicere apparet cornuatam a cornibus. cornua a curuore dicta, quod pleraque curua.' (non lanas. ideo Naeuius ait: sed uelatas f. c. cod. Lips. et ed. princ.) Cf. Hermannus in Eurip. Alcest. p. XIX. In fr. CXXII Orestem intellego qui patris sepulchrum suis cincinnis ornauit: cf. Soph. Electr. 894 sqq. Versu CXXIII O. Muellero uidebatur Graecus hic redditus

---

215 *Septenariorum frusta olim indicaueram.* 217 angusta *Laur.* ciceronis scolis *idem* 219 Iouis sacratum ius iurandum *O. Muellerus* ius sacratum Iouis iurandum *cod.* 220 addit *Haun.* 221 frondenti (*scil.* coma) *scripsi* frondentis *libri* 222 Atos *om. libri* in cornuatam tauram *O. Muellerus* cornua taurum *libri plerique* cornua taurorum *Par. a* cornuat aurum *Scaliger* cornuatam *cod. B*, *quod olim praetuli* iaci *libri* iacit, icere paret *assumptis Varronis* dicere apparet *Scaliger*

Digitized by Google

CXXIV

Diem húnc decorare féstum festiuíssime

CXXV (Pac. Dul. 5)

. férme aderant aequóre in alto
Ratibús repentibus . .

CXXVI

. . prolubium est pétere amicitiam ét fidem.

CXXVII

Aetérna templa caéli

CXXVIII

'Omnes homines ád suum quaestum cállent nec fastídiunt.

esse: Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός (Greg. Cypr. I 73 Leutsch. cf. uol. II p. 100). CXXIV Charisius II p. 180 P. 'festiuissime. * Diem' e. q. s. 'nam et nomina interdum accidunt, quae nec absolutum nec comparatiuum, sed tantum superlatiuum ferunt.' CXXV Varro de l. L. VII 23 'Pacuuius [inc. fab. XLVIII]; dictum fretum asimilitudine feruentis aquae ... ferme aderant' e. q. s. 'aequor mare appellatum, quod aequatum quom commotum uento non est. Ratis nauis longas dixit, ut Naeuius quom ait' e. q. s. CXXVI Non. 64, 7 'proluuium est' e. q. s. 'Accius Andromeda ...' Exemplum esse, non Nonii interpretamentum uidit Lipsius CXXVII Varro de l. L. VI 11 'aeuom ab aetate omnium annorum: hinc aeuiternum, quod factum est aeternum ... ab eo Plautus ... hinc poetae aeterna templa caeli.' (cf. Enn. inc. nom. XXXI) XXVIII Plautus Trucul. V 39 'uenítne in mentem tíbi quod uerbum in cáuea dixit hístrio: omnes' e. q. s. Dixi in quaest. scen. 352 (quas ignorat Bergkius symb. in gramm. lat. I p. 139) Telamonem Ennii aruspices fastidientem haec dicere potuisse, sed ne a comoedia quidem aliena esse; neque constat quam accurate ipsa poetae uerba Plautus reddiderit. Cf. Asin. I 3, 34.

Idem in quaest. scen. p. 356 monui tragicum stilum in comoedia imitari Plautum et Terentium uideri his locis:

Bacch. 1053: fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum.
Curcul. 86: quisnam ístic fluuiust quém non recipiát mare?
Stich. 365: ... radiósus se ecce sól superabat éx mari.
(se ecce Buechelerus mus. Rhen. XII 132 SECCE *A* esse ceteri libri ecce Scaliger)
Menaechm. 101: tantás struices cóncinnat ('patinarias,' immo fortasse mortalium)
" 402 sq.: lígneam (sc. nauem)
saépe tritam, saépe fissam, saépe excusam málleo

---

224 iam ferme? 225 *Paroemiaci supplementa* uecti *uel* lentis *proponit Buechelerus* *Senarius comicus forsitan hic sit:* ferme ádérant aequore álto ratibus rétibus 226 prolubium *Lipsius* proluuium *libri, nisi quod* profluuium *W in mg.* petere *Lipsius* patere *libri* 228 nec *Bothius* et *libri*

CXXIX (Att. inc. fab. 28)

gradus elíminat.

CXXX

Pro Iuppiter!

CXXXI (36)

mehe

CXXXII

Quintilianus XI 3, 73 'in eis quae ad scaenam componuntur fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuantur, ut sit Aerope in tragoedia tristis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules.'

CXXXIII

age própera, macte, nítier!

Menaechm. 330: . . . . . Vólcani ad uioléntiam
„ 350: . . . . naualés pedes
Rud. 942: . . . . squamosó pecu
Tĕr. Phorm. I 2, 85: . . . . . fáctumst uentumst uíncimur.
Plauti Persa III 1:
quae rés bene uortat mi et tibi et uentri meo,
perénnitassitque ádeo huic perpetuóm cibum,
ut míhi supersit súppetat supérstitet.
sequere hác, mea gnata, mé cum dis uoléntibus:
quoi rei ópera detur scís tenes intéllegis.
(Versum 2 secundum Buecheleri coniecturam dedi).

CXXIX Quintilianus VIII 3, 31 'nostri aut in iungendo aut in deriuando paulum aliquid ausi uix in hoc satis recipiuntur. nam memini iuuenis admodum inter Pomponium ac Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragoedia dici oportuisset.' (eliminatim tragoedia Ambros. Bamb. eluminatum tragoedia Monac. cliniatum tragoedia Argentor. eliminatum tragoedia Tur. Flor. Guelf. eliminat apud Accium in tr. inde a Gryphio in edd., omittunt apud Accium codd.) CXXX Donatus in Ter. Adelph. I 2, 31 'pro Iuppiter tragica exclamatio.' Cf. Ennii u. 335. CXXXI Quintilianus I 5, 21 'parcissime ea' (H littera) 'ueteres usi . . . erupit breui tempore nimius usus . . . qua de re Catulli nobile epigramma est. inde durat ad nos usque uehementer et comprehendere et mihi: nam mehe quoque pro me apud antiquos, tragoediarum praecipue scriptores, in ueteribus libris inuenimus.' CXXXII aerope Bern. Bamb. europe Monac. Niobe edd. uett. Merope Langius uind. trag. Rom. p. 47. Cf. quaest. scen. p. 267. CXXXIII Charisius II p. 172 P. 'demonstrandi' (sc. aduerbium) 'en abit, ecce uenit currit adsistit. Hortandi: age propera

---

231 mehe *Ambros. m.* 2 mehi *m.* 1 mee *Bern. Bamb. Monac. Argent.* mehae (pro meae) *Salmasius ad Flor. I* 1, 18. *Cf. Buechelerus de lat. decl. p.* 25 232 nitier *cod.* uirtute *edd. Duo exempla*

CXXXIV

Fremor óritur.

CXXXV

. . . . nil me íncrepitando cómmoues.

CXXXVI

'Inque manum surémit hastam.

CXXXVII

[Puerúm] surempsit.

CXXXVIII

Agilís sonipes rapitúr celeri sonitú trepidans.

CXXXIX

Amícos ad hánc rem, ut solés, aduocáto.

CXL

Hórridi tránseunt ád pedes éx equis.

macte nitier. Heia age, rumpe moras.' Minus certa fide et hoc et sequentia quaedam frusta huc referuntur, quorum pars ex alio poesis genere deducta, pars a metricis uel ficta uel interpolata esse potest CXXXIV CXXXV Varro de l. L. VI 67 'similiter fremere gemere clamare crepare ab similitudine uocis sonitus dicta. hinc illa: arma sonant, fremor oritur; hinc: nihil me increpitando commoues.' Illa 'arma sonant' dactylici poetae sunt. CXXXVI CXXXVII Festus p. 298 M. '[suremit, sumpsit ... inque] manum su[remit hastam; et: puerum] surempsit .... pue[rum] sustule[rit].' Paulus p. 299 M. 'suremit sumpsit: inque manus suremit hastam. Surempsit sustulerit.' Ennii ex tragoediis petita esse probare studuit Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XVII, quamquam Saturnios magis quam septenarium sonat CXXXVI CXXXVIII—CXL Censorinus fragm. c. 15 p. 98 Iahn. (2728 P.) 'anapaestus [CXXXVIII] creticus [CXL] palimbacchius [CXXXIX]. bacchius non facit numerum.' Suspicionem prae ceteris mouet fr. CXXXVIII. Certe nec omittere nec discerpere

---

age propera *et* macte nitier *distinguit Keilius, quorum hoc quale sit non intellego.* 234 nihil (nichil *Med.*) *libri. Dipodia iambica in clausula quoque desse potest.* 235 manus *Paulus. An* manum suam? 236 puerum *O. Muellerus, non apparet in cod.* 238 ut soles, aduocato *O. Iahnius* si uoles aduoca *libri* uolens aduocabo *L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 432, *a tragica scaena haec aliena esse contendens: comoediae reddenda esse iam Geppertus l. l.* 112 *censuit; nec nego ambiguum esse iudicium.* ad hanc, si uoles, aduoca rem *coniecit Buechelerus* 239 *Confictum esse uersum censet Muellerus l. l.* 434: horridi *equites uelut puluere et sudore cur non dici potuerint non adsequor. Multo magis* transeunt *me offendit.* et equis *Vat. Darmst.*

Digitized by Google

CXLI (50)

Struúnt sorores Atticae dirúm nefas.

CXLII

Diuí potentes, férte lassatís opem!

CXLIII

Micánt nitore técta sublimi aúrea.

CXLIV

Deós parentes, quí penates Térei

CXLV

Dum taéniam, qui uólnus uincirét, petit

CXLVI

nílne te
Horúm fortunae, níl commiserescít meae?

uolui haec tria exempla. CXLI Marius Victorinus p. 2596 P. (204 G.) (ubi de hendecasyllabi elementis dicitur) 'item: meae Camenae caelitum testor genus, iambicus. Item: carmen Pierides struunt sorores — ita complebitur: carmen Pierides pangunt memorabile Musae: dehinc, struunt sorores Atticae dirum nefas.' Terei fabulam haec produnt. CXLII Marius Victorinus p. 2525 P. (106 G.) 'penthemimeres in trimetris satis probatur, quae per binos iambos et semipedem uerba finit, ut est: diui' e. q. s. Pseudoacro ad Hor. epod. init. 'iambicus trimeter tragicus recipit pedes dextros, uidelicet spondium primum, tertium et quintum; sinistros iambos, uidelicet secundum, quartum et sextum: diui ... opem.' CXLIII Seruius Centimetri p. 377 G. (IV p. 467 K.) 'reciprocum iambicum in elegiacum est, quotiens a fine scansus elegiacum facit, ut est hoc: micant' e. q. s. 'aurea sublimi tecta nitore micant.' Fortasse re uera elegiaci poetae sunt: conficta esse censet Muellerus l. l. CXLIV Marius Victorinus p. 2574 P. (172 G.) 'tragico autem si sesquipedem praeposueris ambiam, erit ut diximus tetrametrus catalecticus, ut: deos' e. q. s. 'trimeter, tetrameter autem: ambiam deos' e. q. s. CXLV Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno — et alias: dum taeniam' e. q. s. 'Ennius in Alexandro — Accius in Neoptolemo —' Caecilio ascripsit Spengelius CXLVI Charisius p. 250 P. 'zeugma ... nihil hominum te .... mouet? plures sententiae

240 durum *Putschius* 241 diu *schol. Hor.* uix satis *i. e.* uexatis, *ut dedit Cruquius*, *schol. Hor.* 244 petit *om. Vrsinus* (*cf. Mommseni de quaternione XVI testimonia p.* 72) 245 *sq.* nilne te Horum *scripsi* nihil hominum te *cod.*, *quod seruauit Hauptius.* nil omnium | tete *L. Mueller de re m.* 72 nihil hóminum te horum, nil e. mei? *Buechelerus* 246 nil *Hauptius* nihil *cod.* comiserescit *cod.*

Finge áduenam esse: níl fraterni nóminis
Sollémne auxilium et númen Pietatís mouet?

CXLVII

. . quaenam te adigúnt, hospes,
Stagná capacis uisére Auerni?

CXLVIII

Agite ó pelagi cursóres,
Cupidam ín patriam portáte!

CXLIX

Delétionem nóstri ad unum exércitus

CL

Párs difflatur uénto, pars autem óbrigescit frígore.

CLI

cum uota béne tibi respónderint,
Tunc fúnde libans .

uno uerbo cluduntur.' Tragici poetae uersus agnouit M. Hauptius (gramm. Latt. Keilii uol. I p. 610). CXLVII Charisius p. 289 ed. Keil. 'liberius quoque confitendum est nec distare melos a rythmo, quod quidam putauerunt. nam esse hoc metron quaenam ... Auerni' e. q. s. Quibus adde quae ex p. 290 excerpsi ad Attii Philoct. I. Hercules interrogari uidetur. CXLVIII Diomedes p. 512 P. 'anapaesticum dimetrum fit incisione, cuius haec exempla sunt: agite' e. q. s. 'sunt hic bini anapaesti aut qui recipi solent, in imo autem aut bacchius est ... aut molossus.' Tragico poetae tribuit L. Mueller de re m. 433 CXLIX Nonius p. 97, 2 'deletio. Lucilius lib. XXVIIII: deletionem' e. q. s. Graecanicae artis habes trimetrum; uerba uel de Graecorum Troia redeuntium naufragio uel in Paulo Pacuuii de clade Cannensi usurpari potuerunt. Ex eodem Lucilii libro apud Nonium p. 289, 1 haec excerpta sunt:

detrússus tota uí deiectusque 'Italia

(detrursus libri detrusus Mercerus deiectus Dusa deiecta libri) CL Nonius p. 97, 12 'difflare est flatu disturbare ... Lucilius lib. XXVI: pars' e. q. s. Fortasse haec quoque ex tragoedia aliqua Lucilius hausit. Cf. Pacuu. 112 inc. inc. fab. XIV CLI Schol. Bernens. ad Verg. ge. II 194 p. 902 H. 'cum uota tibi bene responderint, tunc funde libans.' Adscripta haec fuisse ad u. 192 ('pateris libamus et auro') perspexit Hagenus p. 729, qui uel tragici uel comici poetae frustum esse monuit.

---

miseret *Hauptius* meae *idem* me *ed. pr.*, *om. cod.* 247 nil *Hauptius* nihil *cod.* 248 numen *Hauptius* nomen *cod.* 252 cupidum *si legatur*, *Philocteta apud Attium canere potuerit.* 255 tibi bene *cod.* bene animo tuo *Hagenus* 256 *an* funde, liba?

CLII

. si forte . . . . quíspiam princéps senex,
Récipiebat sórtisque atque auspícium repetebát domo.

CLIII

In árce Athenis státio mea nunc [míhi] placet.

CLIV

Vt ín secundis flúxae, ut in aduersís bonae

CLV

plaudite!

CLII Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 178, ubi ut apud Seruium enarratur mos Romanus si male foris pugnatum esset noua auspicia domo repetendi: '—am proficiscitur, inde saucius nulla re gesta memoriae mandanda obiecta relligione numinum rediit — Iamque repetiit atr—s si forte — quispiam' e. q. s. Scaenicam poesin agnouit Buechelerus ann. philoll. 1866 p. 72. Num ex praetexta? CLIII Cicero ad Atticum VI 9 extr. Dubito utrum tragoediae an comoediae tribuam. CLIV Cicero ad Att. IV 1, 8 'ita sunt res nostrae, ut in secundis fluxae, ut in aduersis bonae.' ibidem 2, 1 'prioribus tibi declaraui, aduentus noster qualis fuisset et quis esset status atque omnes res nostrae quem ad modum essent, ut in secundis fluxae, ut in aduersis bonae.' idem ad Brutum I 10, 2 'huius belli fortuna ut in secundis fluxa, ut in aduersis bona.' Carmen agnouit Buechelerus mus. Rhen. XI 511 sq., ubi cum septenarium iambicum bis ita sunt res nostrae adsumptis proposuerit, nunc intellexit, certa fide solum senarium niti qualem supra exhibui. Haec quoque nescio an soccum magis quam cothurnum deceant. CLV Quintilianus VI 1, 52 'tunc est commouendum theatrum, cum uentum est ad ipsum illud, quo ueteres tragoediae comoediaeque clauduntur: plaudite.' (cluduntur plodite libri optimi praeter Monac. Argent.)

---

257 *Post* si forte *uel unus pes excidit ut* aderat *uel duo* in castris aderat 258 recipiebat, *h. e. redibat Romam* sortisque *uncis inclusa apud Keilium* adque *cod.* 259 mihi *addidi: poteram etiam* mi mea (*uel* mea mi) nunc *ordinare* 260 *Ambiguum est utrum* fluxae . . bonae, *sc.* res, *an* fluxa . . . bona, *sc.* fortuna *poeta dixerit.*

FABVLARVM PRAETEXTARVM

RELIQVIAE

Digitized by Google

Digitized by Google

CN. NAEVIVS

CLASTIDIVM

I

uitulantes

II

Vita ínsepulta laétus in patriám redux

ROMVLVS siue LVPVS

I

casca

II

sponsus

Naevii Clastidivm I Varro de l. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona .. in Clastidio: uitulantes, a Vitula.' (de Vitula dea uide Macrobii Sat. III 2: cf. Prelleri mythol. Rom. p. 359)

II Varro de l. L. IX 78 'nam ut signa quae non habent caput aut aliam quam partem, nihilo minus in reliquis membris eorum esse possunt analogiae: sic in uocabulis casuum possunt item fieri, ac reponi quod aberit, ubi patietur natura et consuetudo, quod nonnumquam apud poetas inuenimus factum, ut in hoc apud Naeuium in Clastidio ...'

Romvlvs siue Lvpvs. Donatus in Ter. Adelph. IV 1, 21 'nam falsum est, quod dicitur, interuenisse lupam Naeuianae fabulae alimonio' (sic ed. pr. alimoniae uulgo) 'Remi et Romuli, dum in theatro ageretur.' I Varro de l. L. VII 54 M. 'carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia (ex quo carminari dicitur tum lana), cum ex ea carunt quod in ea haeret neque est lana: quae in Romulo Naeuius appellat casca, ab Oscis.' cf. ibid. 28. (casca Hermannus Opusc. V 263 asca Haun. asta Flor. Goth. hasta Par. a et b Osca Scaliger. casta participium a Naeuio usurpatum fuisse putat Buechelerus) II Varro de l. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona .. in Clastidio .. in Dolo .. in Demetrio .. in Lampadione .... in Romulo: sponsus, contra sponsum rogatus.' (consponsus, contra sponsus Neukirchius coll. Varr. de l. L. VI 70 sponsus tuentur Hermannus l. l. et Lachmannus Mus. Rhen. 1839 p. 118 Cf. Naeui com. inc. fab. XXVI.)

Digitized by Google

III

Réx Veiens regém salutat Víbe Albanum Amúlium
Cómiter seném sapientem. cóntra redhostis? — Mín salust?

IV

Cedo quí rem uestram públicam tantam ámisistis tám cito? —
Prouéniebant orátores noueí, stulti adulescéntuli.

III Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam. Nauius in Lupo: uel Veiens' e. q. s. (Naeuius in Ludo Scaliger. Nouius in Lupo Augustinus.) De togata cogitauit Grauertus Philol. II 129: praetextam esse nec diuersam a Romulo olim in com. poet. rel. p. 14 et in praef. p. X suspicatus sum. **IV** Cicero Cat. mai. 7, 20 'quod si legere aut audire uoletis externa, maximas res publicas ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis. cedo ... cito? sic enim percontantibus in Naeuii poetae Lupo respondentur et alia et hoc in primis: prouueniebant' e. q. s. percontantibus Mommsenus in relatis menstr. acad. Berol. 1863 m. Ianuarii. percontantur ut Leid. percontantur ut est ceteri libri. neuii Erfurt. Paris. Rhenaug. alter poetae] posteriori Paris. posteriore Erfurt. Rhenaug. alter Lupo scripsi. libro Erf. Paris. Rhenaug. alter teste Baitero ludo Benedictob. Indersd. Leid. Rhenaug. pr. Salisburg. Nisi ipsum horum uersuum argumentum sat aperte praetextam fabulam indicaret, palliatae titulus Ludus interpretandus nimirum esset Lydus.

---

5 rex Veiens *scripsi* uel ueiens *cod.* ubi Veiens *Scaliger* Veientis *Vsenerus ind. lectt. Gryphisw. aest.* 1866 *p.* 12 salutat *Scaliger* saltant *cod.* saluere *Vrsinus* Vibe *uel* Viba *Buechelerus* (*de Etrusca nominis forma cf. O. Muelleri Etrusc. II* 424) uibae *cod.* iubeo *Scaliger* iubet *Vrsinus. Non multum absit* Tebris *nomen: cf. Varro de l. l. V* 30 *M.* Amulium *Scaliger* mulium *cod.* 6 comiter *Scaliger* comitem *cod.* redhostit *Scaliger* *Videtur* rédhostis *recitatum fuisse* min salust? *scripsi* menalust *cod.* Menalus *Scaliger* 7 uestram rem *libri*, *transposui* cédo rem publicam qui uestram tantam amistis tam cito *Koechly miscell. Dresd.* (*Vermischte Blätter zur Gymnasialreform*) 1847 *p.* 105 cédo uestram rem p. tantam qui amistis tam c. *Kayserus* cédo qui uestram publicam rem tantam amistis t. c. *Buechelerus. Inter priorem et alterum uersum quaedam possunt interposita fuisse.* 8 prouenientur (ur *del.*) *Paris.* noui et *Paris. Erfurt.* noui *ceteri* cedo Qui *et* Próueniebant o. nóuĭ, stulti ad. *commendat CFW Mueller prosod. Plaut. p.* 204. 612. *Duriusculos numeros tolerandos esse putaui: alioqui praesto erant talia:* noui próueniebant óratores, stúltis adulescéntuli; *cf. trag.* 64 *sq.*

Q. ENNIVS

AMBRACIA

I

. . per gentés cluebat ómnium misérrimus.

II

Béne mones, tute ípse cunctas caúto: uide fortém uirum!

III

[Iám] agros audacés depopulant sérui dominorúm domi.

IV

. . et aequora salsa ueges ingentibus uentis.

SABINAE

I

Cum spólia generis détraxeritis, † quam inscriptionem dabitis?

Enni Ambraciam inter praetextas primus rettuli in com. praef. p. IX sq. I Nonius p. 88, 1 'cluet, nominatur ... Ennius Ambratia: per' e. q. s. II Nonius p. 469, 25 'cunctant pro cunctantur ... Ennius Anbrachia: bene' e. q. s. III Nonius p. 471, 18 'populat est et passiuum populatur ... Ennius Ambracia: agros' e. q. s. IV Nonius p. 183, 3 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum est ... Ennius Ambrachia: et' e. q. s. An fabulae frustum et postea haec fere 'idem annalium . .' exciderunt?

Sabinae Praetextam Vahlenus mus. Rhen. XVI 579 sq. indicauit. I Iulius Victor p. 224 O. (rhett. Latt. p. 402 H.) 'ab euentu in qualitate ... ut Sabinis Ennius dixit: cum' e. q. s. Inter satiras (inc. sat.

---

1 *Versus initium* omnes *explet* gentes *Lipsius* gentes esse *libri* gentes Asiae *Buechelerus*, *ut integer fiat septenarius* 2 cunctas cauto (*uel* caute) *scripsi* cuncto *W Bamb.* cunctato *ceteri libri* cunctas *Bothius* 2 *Antea diuerbio sic distribuebam:* . . bene monés: tute ipse? — Cúncto. — Vide f. u. *Integrum uersum talem* béne monens tute ipse cunctas: o uide f. u.! *Buechelerus commendat.* 3 iam *uel* nam *praemittendum puto, om. libri* domi (*in Italia scil.*) *Buechelerus* dominis *libri* nimis *Halmius* audaces serui depopulant agros Dominorum domini *Bothius* 2 audaces depopulant agros Serui dominorum dominis *Vahlenus* 4 *Hexametri dactylici frustum habes, nisi forte anapaestos praeferes:* ⏑ ⏑ – ⏑ et aequora sálsa ueges ‖ ingéntibus uentis*: sed cf. trag.* 251 uestis *W* 5 generis *Ianus*, *nimirum* γαμβροῖς, *ut recte interpretatur Christius.* generi *Rom.* *Octonarium iambicum sic:* quamnam

Digitized by Google

II

(Neque íllic triste quaéritat sinápi aut caepe maéstum.)

M. PACVVIVS

PAVLVS

I (1)

Patér supreme, nóstrae progenií patris

II (Nou. Paul.)

2 3 Núnc te obtestor, célere sancto súbueni censório!

III (3)

Niuít sagittis, plúmbo et saxis grándinat.

fr. V) olim inseruerat Vahlenus. II Macrobius Sat. VI 5, 5 'tristis pro amaro translatio decens est ... ita Ennius in libro Sabinarum quarto: neque' e. q. s. (satyrarum Columna). Seruius in Verg. ge. I 75 'tristisque lupini, amari ... Ennius: neque ... sinapi.' In saturarum librum IV olim receperat Vahlenus, sed idem mus. Rhen. l. l. numeri notam IIII apud Macrobium ortam statuit ex Sabinarum nominis litteris finalibus. Ceterum seueritatem praetextarum ita desidero, ut satiris hunc uersiculum libens redditurus sim.

Pacvvi Pavlvs I Gellius IX 14, 13 'sic autem dies dii a ueteribus declinatum est, ut fames fami, pernicies pernicii, progenies progenii, luxuries luxurii, acies acii ..... Pacuuius in Paulo: pater' e. q. s. Non. p. 490, 4 'progenii.' (progenis Bamb.) II Non. 510, 8 'celere pro celeriter. Nouius Paulo: nunc' e. q. s. (Pacuuius Iunius in mg. Naeuius ed. pr.) Cf. Plutarchi Aem. 21 III Non. 507, 27 'niuit pro

---

inscr. dabitis *explere studuit Vahlenus*, *cum olim in senarii clausula ante* quam *inseruisset* inpie. *Sed admodum uercor ne poetae uerba rhetor misere contraxerit et commutauerit.* 6 ille *Burmannus* ill.. *Seruius Danielis*, *om. Macrobius* ille *Burmannus* illa *Ianus* aut caepe *conieci mus. Rhen. X* 277, *iambicum septenarium metiens*, *cuius duo frusta Vahlenus l. l. distribuit* neque . . . sinapi ‖ neque c. m. *Olim Sotadeos cum Th. Hugio ediderat.*

PACVVIVS 1 supraeme *Nonii libri* nos nostrae *Bamb. Nonii* progeni *Nonii codd. De forma cf. Buechelerus lat. decl.* 35 *Additum erat in sequenti uersu* progenitor *uel* abauus: *nam Iouem precari uidetur Aemilius Paulus*, *cuius gens ab Ascanio stirpem deducebat* (*Pauli Festus u.* Aemiliam). *Verum structuram Buechelerus quoque agnouit*, *cum uulgo* pater . . . patris *coniungatur.* 2 *sq. Septenarium suasit Buechelerus* nunc nunc *Hermannus Opusc. V* 264 nunc tete *Neukirchius* nunc ted *Scaliger Coni. p.* 68 sancte *Hermannus* subueni] succurre *Pal.* 3 censorio *conieci* censoriae *Leid. Bamb.* censorie *ceteri libri* censori *Aldina* censor *Hermannus* sancta s. Caesárie *olim conieceram* 4 sagittis plumbo

Digitized by Google

IV (2)

Qua uíx caprigeno géneri gradilis gréssio est.

L. ATTIVS

AENEADAE siue DECIVS

I (10)

Nil néque pericli néque tumulti est, quód sciam.

II (4)

Clamóre et gemitu témplum resonit caélitum.

III (3)

Vim Gállicam obduc cóntra in acie exércitum:
Lue pátrium hostili fúsum sanguen sánguine.

ninguit.' IV Priscianus VI p. 677 P. 'sed antiquissimi hic alienigenus et haec alienigena et hoc alienigenum dicebant ... nec non cetera similiter a genere composita proferebant, caprigenus, terrigenus, taurigenus, idque usus confirmat.' Macrobius VI 5, 14 'caprigenumque pecus nullo custode per herbas. Pacuuius in Paulo: quamuis' e. q. s. (Paçubius Vat. Pacubius Bamb. Amien. Sang. Bern. Grut. Carolir. Paccubius Halb. Prisciani pahubius Macrobii Par. Paulo] paco ultima littera inter o et v fluctuante fr. Amien. Prisciani)

Atti Aeneadae s. Decivs I Non. 484, 4 'tumulti pro tumultus ... Accius Aeneadis uel Decio ...' II Non. 504, 29 'sonit pro sonat. Accius Aeneadis aut Decio ...' III Non. 224, 10 'sanguis ... neutro ... Accius Amfitryone: cum patre paruos patrum hostifice' e. q. s. 'idem in Aeneadis aut Decio ...'

---

et saxis grandinat niuit *libri*, *transposuit Buechelerus.* s. plumbeis grandinat, saxis n. *Geppertus l. l.* 15 s. plumbo grandinat, saxis niuit *repudiaui* niuit *om. Bamb.* 5 qua uix *Hermannus* qua uia *Prisciani Carolir. Sang.* quia uia *Reg. Bamb. Bern. Vat. Halb. m. pr. Sang. Darmst. c*, *ubi uoci* uia *linea subducta est* qua tua *Halb. corr.* quamuis *Macrobius* generi *Priscianus*, *nisi quod* generę *Amien.* pecori *Macrobius* gradilis *Hermannus* gradibilis *Prisciani libri* grandior *Macrobii exemplaria* gresio *Reg. Grut.* qua uia uix caprigeno gradibilis generi gressio est *Fleckeisenus*, *incertum utrum unum uoluerit esse trochaicum septenarium an senarium integrum*, *cui* qua uia *clausula praecedat.*

ATTIVS 1 nil *Vossius* nihil *libri* 2 gemitū *Bamb.* 3 aciem *Delrio* 4 lue patrium *Buechelerus* ue patrum *W* uae patrum *ceteri libri*, *sed a uocis* uae *compuncta in Leid.* reparatum *Neukirchius*

IV (2)

Te sáncte uenerans précibus, inuicte, ínuoco,
Porténta ut populo pátriae uerruncént bene.

V (5)

Et núnc quo deorum ségnitas? ardét focus.

VI (11)

Quód periti súmus in uita atque úsu callemús magis.

VII (6)

Fáteor: sed saepe ígnauauit fórtem in spe expectátio.

VIII (7)

. . Caleti uocé canora
Fremitú peragrant minitábiliter.

IX (9)

Díce, summa ubi pérduellum est? quósum aut quibus
a pártibus
Glíscunt?

IV Non. 185, 24 'uerruncent, id est uertant. Accius Aeneidis aut Decio ...' V Non. 174, 20 'segnitas pro segnitia. Accius Aeneidis aut Decio ...' VI Non. 258, 3 'callet significat scit ... Accius Aeneadis aut Decio ...' VII Non. 123, 12 'ignauit, id est ignauum fecit. Accius Aeneadis aut Decio: inplicare positum pro ornare. Afranius [18] fateor' e. q. s. (In Vrbin. 307 ordo restitutus est) Idem 126, 15 'ignauit, ignauum facit. Accius Aeneadis: fateor' e. q. s. (ignauauit utroque et fecit posteriore loco restituit Buechelerus mus. Rhen. XV 434) VIII Non. 139, 20 'minitabiliter pro minaciter. Accius in Aeneadis ...' IX Non. 22, 15 'gliscit est congelascit et colli-

---

probauit Hermanno fusum *Aldina* fuso *libri* 5 uenerans *Iunius* uerans *libri* 6 uerruncent *Gulielmus* uerruncant *libri* uerrunces *Scaliger* 7 quo deorum *scripsi* quod eorum *libri* quae eorum *uel* deorum *Fruterius Veris. II* 5 quot eorum *Heinsius* segnitate *Iunius* segnitas *uel* segnitate *Fruterius* ardet focos *Heinsius* ardet locus *Lipsius* tardet opus *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 79 9 ignauauit *Buechelerus mus. Rhen. XV* 434, *quem ignorabant L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 239 *et CFW Mueller prosod. Plaut.* 268 ignauit *libri p.* 123 ignabat *p.* 126 10 Calleti *libri plerique*, *Neukirchius* Calle *suprascr.* ti *W* Gallei *Lipsius Ant. Lect. V* 22, *Hermannus* calles laeti *Buechelerus obiectum desiderans: sed quid si c. c.* calles *praecessit?* 12 dice *scripsi* dis *libri* dic *Grotius* uis *Vossius et Her-*

X (12)

Quíbus rem summam et pátriam nostram quóndam ad-
auctauít pater.

XI (1)

Pátrio exemplo et mé dicabo atque ánimam deuoro
hóstibus.

XII (8)

Cástra haec uestrum est: óptume essis méritus a nobís . .

BRVTVS

I (2)

Tarquinius

Quoniám quieti córpus nocturno ímpetu
Dedí sopore plácans artus lánguidos:
Visum ést in somnis pástorem ad me adpéllere
Pecús lanigerum exímia pulchritúdine,

gitur uel crescit uel ignescit . . . Accius Aeneadis: dis summa' e. q. s. X Non. 75, 1 'adauctauit, auxit. Accius Aeneadis . . .' XI Non. 98, 11 'deuorare, absumere, eripere. Accius Aeneadis . . .'

XII Non. 200, 30 'castra generis sunt neutri. Feminini Accius Aeneadis aut Decio . . .'

BRVTVS Cf. Cicero ad Atticum XVI 2. I II Cicero de diu. I 22, 44 'cuiusnam modi est Superbi Tarquini somnium, de quo in Bruto Acci' (accius Leidd. AB Vindob. actius Heins. Attii Camerarius) 'loquitur ipse? [I] eius igitur somnii a coniectoribus quae sit interpretatio facta uideamus: [II]'

---

mannus ubi *Grotius* tibi *libri* ibi *Bothius et Hermannus* est ubi perduellum *Vossius* perduellium *Hermannus* pol duelli *Bothius* 2 quorsum *Bothius* 2 quorum *libri* quibus a *Vossius* quibus se a *libri: an in illis* se a *latet* ex? *Senarios CFW Mueller prosod. Plaut.* 237 *metitur*, perduellum *uoce ad tres syllabas redacta.* 14 et *om. Neukirchius*, *retinuit Lachmannus in Lucr. II* 1122 uestram *Vrbin.* 307 15 deuoro *libri*, *quod recte* deuouero *interpretatus est Buechelerus mus. Rhen. XV* 434 *sq.* deuoto *Neukirchius* deuotabo *Vossius* deorabo *Klausenus de Aenea p.* 922 *not.* 1833 *hh* 16 uestra *Nonius*, *defendit Buechelerus* esis *Merula p. CCCLI* escis *Bothius* est is *Vossius* estis *Hermannus* es sic *coni. Buechelerus* meriti id a nobis *Hermannus* meritus de nobis *Vossius* 17 quoniam *libri* quom iam *uulgo* 19 uisus est *Heinsianus* uisust *Lambinus* pastorem *Orelliana* pastor *libri*, *Lambinus* apellere *Leid. A* appellare *Heins.* 20 *sq. Inuersum in libris ordi-*

Digitized by Google

